quo Ouidius.Pyrrhus Achilleides animoſus imagine patris. Alius ſimiliter
fuit pyrrhus rex epyri ex priore genus paternum ducens. Et ergo etiam caci=

des dict⁹ eſt ſicut ⁊ achilis filius. hic ꝓ tarētinis bellum romanis inferre pararet: ⁊ ſuper euentu belli: apollinis oraculum conſuleret. reſpondit Apollo. Aio te eacida romanos vincere poſſe: qualēcūqꝫ belli caſum (vt qui futurorum erat ignarus) dubio carmine complectens. De quo quidē pyrrho Juſtinus lib. xvij. epythomatū latius cōmemorat.

Octuageſimumſecundum. Ex vel e: pro a vel ab.

Ex vel e: prepoſitiones pro a vel ab: ⁊ ſepe ⁊ per ornate ponunt: vt audiui ex maioribus noſtris: pro a maiorib⁹ noſtris: accepi ex patre tuo: vel e patre tuo. quero ex te: ⁊ a te: quod eſt te conſulo ⁊ interrogo: quod aduertē: ⁊ vſui trade.

Prepoſitiones e vel ex poſite cum verbis ſignificantibus cognoſcere vel interrogare vt ſunt cognoſco: intelligo: accipio: audio: interrogo: percūctor: ſciſcitor: ſcitor. qro: ponunt elegāter ꝓ a vel ab: vt Ex parte accepi ſe ſanū eſſe. Ex literis tuis intellexi te mihi eſſe amiciſſimū. Cicero in paradoxis. Sed tñ quero ex te qm̄ verbis inter nos contendimus non pugnis: vbi imperiti dicunt: quero tibi hanc rem. Audiui ex nuncio. vbi barbare dicunt alij. Audiui dicere.

Octuageſimumtertium preceptum. De pro loco in: ⁊ ſecundū.

Pro ornate ponitur loco in: ⁊ ſecūdū: vt pro roſtris. i. in roſtris: pro tribunali. i. in tribunali: ⁊ alia. Pro viribus. i. ſecūdū vires tuas: pro tui ingenij bonitate pro viribus tua: et ſimilia.

Pro prepoſitio iūcta abltō ſignificāti locū ſignificat in: vt Cicero habuit orationem pro roſtris. i. in roſtris: hoc eſt in loco iudiciali vbi ius exercebatur eo ꝙ in illo erāt naues roſtrate. Capitur etiam eleganter pro vt ſignificat ſecundū: vt pro tua in me beniuolentia hoc feciſſi. Pro tua in omnes humanitate mihi preſidiū tuliſti. i. ſm tuam beniuolentiam ⁊ humanitatem.

Preceptū. lxxxiiij. Sub in cōpoſitiōe: aut clam aut diminute ſignificat.

Sub in cōpoſitione aut claꝫ aut diminute ſignificat: vt ſubmouit me parmeno. i. clam ⁊ occulte ſubiraſcor tibi: quod eſt paululū iraſcor.

Sub compoſita alijs dictionibus ſignificat aliqñ occulte ſiue latenter. Uergilius. Uel qui ſublegi tacitus ſibi carmina nuper. i. ſuſtuli. Aliqñ ſignificat paululum et parum: vt ſubtriſtis Theren. Subtriſtis viſus eſt eſſe aliquātulum mihi. ſuccenſeo: ſubiraſcor: ſubrideo. Aliquando ſignificat ſubter: vt ſuppono: ſubdo: ſubijcio. Aliquando ſurſum ſignificat: vt ſuſpicio: ſurſum aſpicio: ſubleuo: ſubſtollo: ſurrigo. i. ſurſum erigo.

Preceptum. lxxxv. Morem gerere complacere ⁊ obſequi ſignificat.

Morem gerere perornatū verbum complacere ſignificat atqꝫ obſequi. Unde moriger ra. rum. quod a moroſo quod difficilē ſignificat: ⁊ a morato quod inſtitutum ſignificat: plurimum differt.

Morem gerere datiuo iungitur: et ſignificat obtemperare: vt tue ſemper morem gerēt voluntati. In voce paſſiua actūs in ntm̄ mutatur. Teren. Mos gerūdus eſt thaidi. pro gerendus. Inde verbum deponens morigeror aris. eiuſdem ſignificationis. Cice. Uoluptati aurīū morigerari debet oratio: et adiectiuum moriger ra. rū. i. obediens. Teren. Si tibi morigera ſemper fuit in omnibus. Sed moroſus eſt difficilis et cui nihil ex ſententia fieri poteſt. graue eſt moroſis obſequium preſtare. Moratus vero eſt bonis moribus inſtitutus et honeſtate preditus: vt morati adoleſcentes ſunt parentibus honori.

Preceptum. lxxxvj. Conſequor pro exprimo.

Conſequor pro exprimo pulcherrimum eſt: non poſſum ego verbis conſequi. i. exprimere: literas conſequi. i. per literas explicare.

¶ Cōſequi eſt aliqñ obtinere vt hic magnos honores cōſecutus eſt:aliqñ explicare ⁊ exprimere:⁊ tūc actō cū abltō iungit̄ vt q̄tum gaudij ceperim cū primū te ſanū eſſe accepi non poſſem his literis cōſequi. Oui. Deſinet ante dies ⁊ in alto phebus anhelos:equore tinget equos.q uā conſequar omnia dictis. Itē ſignificat exponere explicare declarare expromere.

¶ Preceptum.lxxxvij. Metuo ⁊ timeo multis caſibus coniunguntur.

¶ Metuo ⁊ timeo v̄ba aliqñ multis caſibus adiūguntur. Metuit Cicero a publio clodio ſibi extremum periculum. Timeo mihi abs te mortem. Non nunq̄ abſolute ponuntur ſolo datiuo iuncta:vt metui pamphilo:pamphili vite timeo:ſed hic eſt potius poeticus vſus.

¶ Timeo ⁊ metuo iungunt̄ dtō ſignificāti eū p̄ quo:vt amico eſt timor ne illi q̄cq̄ mali accidat. Iungunt̄ actō ſignificāti illud malū quod venturū timet̄. Iunguntur ⁊ abltō cū prepoſitione a vel ab ſignificanti eū a quo tale malū futurū timetur. vt timeo mihi periculū a Ioāne:ille metuit ſibi mortē ab inimico. Et ponitur aliqñ ſolū vnus illorum caſuū. Teren. quā metui a chriſide. Uerg. Et pariter comitiq̄ oneriq̄ timentē. Ponunt̄ etiā predicta verba cū futuro optatiui.ne particula appoſita vel omiſſa:vt timeo preceptor veniat vel ne preceptor veniat. Hoc etiā verbū vereor iūctū futuro optatiui ne particula intercedēte vel omiſſa eādē reddit ſentētiā vt vereor pater id ſciat vel ne pater id ſciat:ſicut de caueo predictum eſt.

¶ Preceptum.lxxxviij. Euado pro fio ⁊ efficior.

¶ Euado p̄ fio ⁊ efficior ornatū vſitatūq̄ eſt:vt Cicero euaſit eloquētiſſimus. Ariſtoteles euaſit ſummus philoſophus. Ceſar euaſit inclit⁹ imperator ⁊ de alijs quoq̄ conſimiliter.

¶ Euado interdū effugere eſt ⁊ actō iungit̄. Uer. Iuuat euaſiſſe tot vrbes. Interdū cū labore ⁊ diligētia ad altiorē locū peruenire ⁊ tūc quoq̄ actō ſed cū prepoſitione ad vel in iungit̄. Uer. Euado in ſummis faſtigia culminis. Deniq̄ eſt fieri vel effici ⁊ tūc actm̄ poſt ſe habet vel actm̄ cū prepoſitione in vt qui pro viribus elaborauit tādē doctus euadet vel in doctum virum magnus vel in magnum virum.

¶ Preceptum.lxxxix. Fore futurum eſſe.

¶ Fore futurum ſemper habet ſignificationem ⁊ eſt idem q̄ futurum eſſe. M. Cicero de oratore tertio libro loquens de hortenſio. Quem quidem confido omnibus iſtis laudibus quas tua oratione complexus es excellentiorem fore. Et Craſſus. Fore dicis inquit:ego vero eſſe iam iudico.

¶ Fore ⁊ eſſe tum ſignificato tum conſtructione differunt. ſignificato equidē q̄ eſſe preſens tp̄s:fore futurū eſſe ſignificat vt te mihi amicū fore ſpero. Te ſanū eſſe nō parū gaudeo. Cōſtructione vero:nā fore nō iungitur accuſatiuis participiorum cuiuſcūq̄ tēporis fuerint:ſed ſolū accuſatiuis nominū ⁊ pronominū:vt non dicimus ſpero te amaturum fore neq̄ amandū fore:ſed recte dicimus ſpero amicitiā meā tibi gratā fore. Eſſe vero accuſatiuis ⁊ nominū ⁊ pronominū ⁊ participiorum cuiuſcūq̄ tēporis fuerint iungi poteſt. Tamen forem ⁊ eſſem neq̄ ſignificato neq̄ conſtructione differunt:vt gauderē ſi nuncius foret reuerſus.i.eſſet

¶ Preceptum.xc. Quid inter dimidiū ⁊ dimidiatum intereſt.

¶ Quid inter dimidium et inter dimidiatum interſit noſſe perutile eſt. Cum enim dimidiatū ſit quaſi in partes duas diuiſum:niſi aliquid diuiſum ſit dimidiatū non poteſt dici. Dimidium vero appellatur:nō q̄ ipſum diuiſum ſit: ſed q̄ ex dimidiato pars altera eſt. Non igitur recte dixerit quis pro ſententia Marci varronis: vt ait

Aulus gellius (in noctib' atticis) dimidiū librū legi: dimidiā: fabulā audiui: ſed dimidiatū librū: dimidiatā fabulā: recte quis dixerit: qr dimidiatū exēpli cauſa digitum appellamus ſed alterutrā partē dimidiū qd eſt accurate diligēterq; aſpiciendum.

¶Dimidiatū eſt totū in duas medietates diuiſum vel partiū diſtractione vel animi apprehenſione qui alicuius integri duas medietates abſq; earū ſeparatione facile ſigna. vnde manifeſtū eſt q dimidiatum habet ſignificationē participij pteriti tēporis. vt dimidiatū mihi panē obtulit. i. diuiſum in duo dimidia. Dimidium vero eſt dimidiati media pars ⁊ nomē eſt ſubſtantiuū poſt ſe gtm̄ petens: vt mee vite dimidiū penes te eſt. Anime mee dimidium tuo in corpore viuit. Differunt ergo dimidium ⁊ dimidiatum ſicut totum ⁊ ſua medietas.

¶Nonageſimumprimum preceptum. Interſum ⁊ preſum quid differunt.

¶Plurimū autem conducit vobis intelligere que ſunt nominū differentie ac verborum diſcrimina. Ea quoq; res mirum in modū orationē exornabit: vt ſiquis nouerit quid differunt preſum et interſum inter ſe verba pulcherrime dicet. M. Cicero publicis negotijs non interfuit ſolum: ſed et prefuit. quorum illud ſignificat comitem eſſe alicuius rei: hoc vero ducem.

¶Preeſſe eſt alicui negotio gerendo prefectū ⁊ preſuppoſitum eſſe ad illud dirigendum ⁊ adminiſtrandum. vt optimates vrbis preeſſe debent reipublice. i. adminiſtratores reipublice. Sed intereſſe eſt cū aliquid geritur ſolum adeſſe ſiue preſentē eſſe: vt illi rei cum ageretur interfui. Ergo intereſſe minus eſt predeſſe maius. Illud eñ. ſ. intereſſe comitem ſignificat ⁊ minorem poteſtate. hoc vero ſcilicet preeſſe ducem i. directorem ⁊ precipuum alicuius rei curatorem.

¶Nonageſimūſecundū. Cōfiteor profiteor gratulor gaudeo.

¶Ego non ſolum confiteor quod eſt vi: ſed etiam profiteor quod quidē eſt ſpōte. Et apud. M. Tullium perſepe. Tibi gratulor: mihi gaudeo: gaudemus nobis: gratulamur alijs: q adepti ſunt aliqua bona.

¶Confiteri eſt coacte aliquid fateri: vt qui grauibus torquent̄ ſupplicijs: ſua tandem maleficia confitent̄. Profiteri aūt eſt ſponte ⁊ libere aliquid fateri vt ingenue profiteor me dignas tibi gratias nūq; agere poſſe. Etiā profiteri eſt artē aliquā callere: ⁊ eā publice tradere: ⁊ actō ſine prepoſitione iungit̄: vt Cicero pfitet̄ artē oratoriā. Unde profeſſor oris. verbale nomen qui ſummū artis apicez conſecute eſt. vt Cicero eſt profeſſor artis oratorie. ¶Gaudere eſt proprio bono letari. Iungiturq; dtō pronominali idē ſignificanti cū ſuppoſito verbi eiuſdē quoq; perſone ⁊ numeri cū illo: vt mihi nō parū gaudeo q talē amicum nactus fuerim. Gratulari vero eſt de alterius bono letari iungitur datiuo vel infinitiuo per interpoſitionem accuſatiui: vt amicis pro ſecunda fortuna gratulari debemus: gratulor te ſaluum aduenisse. Poete vtuntur loco huius verbi gratulor hoc verbo grator aris. Uergi. Inueni germana viam gratare forori. i. gratulare.

¶Nonageſimumtertiū preceptū. Ago refero habeo debeo.

¶Et tibi ago gratias: quod quidem eſt verbis. refero gratiam eſt re ⁊ facto habeo gratiam vel gratias: quod in animo. debeo gratiam: vbi aliqua obligationis vis cernitur. Et item alias opiniones his ſimiles.

¶Agere gras: ⁊ nō gram. eſt vbo de acceptis beneficijs gratitudinē oſtēdere quod barbari dicunt regratiari. Cicero immortales tibi gratias ago: agāq; dum viuam. Habere gratiā vel gratias eſt animū accepti beneficij memoriā habere. Teren. Id gratum fuiſſe aduerſum te habeo gratiam. Quin. libro. v. habenda his quoq; gra

tis eſt per quos labor nobis detractus eſt. nã que priores beneficio ingenij ſingula inuenerũt nobis ꝛ nõ ſunt requirẽda ꝛ nota ſunt omnia. Referre gratiam ꝛ nõ gratias eſt vnũ factũ altero cõpẽſare: ꝛ pro re (qualiſcũq; ſit) accepta ſimilẽ rependere vt tanta eſt tua in me beneficentia vt nũq; tibi parẽ gratiam referre poſſim. Debere gratiam: vel gratias: eſt acceptũ beneficiũ alteri aſtrictum eſſe ad gratiã referendã: vt gratias tibi non q̃tas debeo ſed q̃tas poſſum ago: hanc tibi grãtiam debeo pro tuis in me meritis. Loco autem huius dictionis gratia: tum oratores tum poete vtuntur hac dictione grates: vt agere grates: habere grates: perſoluere grates. i. referre beneficium. Vergil. in. j. eñ. Grates perſoluere dignas. non opis eſt noſtre. Idẽ in ſecũdo. Dij (ſi qua in celo pietas que talia curet.) perſoluant grates dignas ꝛ premia reddant debita.

¶ Nonageſimũquartũ preceptũ. Hec res mihi cõducit. Dono te hac re.

¶ Optimũ eſt nõ ignorare nominũ differẽtias: vt ꝛ vberior ꝛ ornatior noſtra reddatur oratio. hec res mihi ꝯducit eſt idẽ ꝙ mihi res hec vtilis eſt. Et qđ ceteri plerũq; dicunt dono tibi hanc rem: pulchrius dicitur ac ſplendidius: dono te hac re. vt miles nauali corona donatus eſt. ſabinos romani ciuitate donauerunt quod eſt ciues ſ fecerunt quod item dicunt Sabinos romani in ciuitatem acceperunt.

¶ Conducere verbum neutrum datiuo iunctum eſt vtile eſſe: vt ſit tibi hec res conducere poteſt: ea (vt libet) vtere. Cum vero actiuum eſt ſignificat ſimul ducere. Dono autem actiuum verbum quod dare ſignificat iungitur datiuo cũ accuſatiuo. ſed elegantius accuſatiuo cũ abltõ ſine prepoſitione: vt dominus donauit ſeruo libertatem. ſic pulchrius dicitur. Dominus donauit ſeruum libertate. Condono tibi hoc munus. ſic elegantius condono te hoc munere.

¶ Corona naualis ea erat qua donabatꝛ qui primꝰ nauali prelio armatus in nauẽ. hoſtiũ vi trãſiliebat. Ex illa ex auro cõpoſita erat quaſi roſtris nauiũ inſignita.

¶ Sabini fuerunt populi in italia qui ciuitates ſine menibus incolebãt. Hic cũ pro raptis virginibus bellum aduerſum Romulum geſſiſſent compoſito federe in vrbẽ romã tranſierunt proprijs ſedibus relictis.

¶ Nonageſimumquintum. Prepoſitio que ſolet adiungi nominiſ: pulchrius verbo adiungitur.

¶ Interdũ ꝟo prepõ que nomini ac caſui preponitur: pulchrius venuſtiuſq; verbũ ꝓceſſerit in q̇buſdã ꝟbis. Quale eſt ſiquis dicat eo ad te: vt dicat potius adeo te et loquor ad te: potius alloquor te. cecidit de vita: decedit vita: cedit ex humanis rebꝰ excedit rebus humanis. Et in alijs quibuſdam conſimiliter.

¶ Prepoſitio actõ vel abltõ ſuo caſuali iuncta elegantius ꝟbo p cõpoſitionẽ adiũgitur eodẽ actõ vel abltõ manẽte. ꝛ recto a ꝟbo qui prius põebatꝛ cũ prepoſitiõe vt piſcis tranat equora potius q̃ nat trãs equora. Fluuius vrbem perlabitur: potiꝰ q̃ labitur p vrbẽ. Auis celo delabitur: potius q̃ labitꝛ de celo. Hoc etiam in verbis tranſitiuis hꝫ locũ vt nauta traduxit me fluuiũ: potius q̃ duxit me trãs fluuiũ: adducit naues portũ: potius q̃ ducit naues ad portũ. Verg. Detrudũt naues ſcopulo. In quibuſdã aũt ꝟbis non manet idẽ caſus qui prius prepõni iungebatꝛ vt ſupraſpirẽt noſtris ceptis non noſtra cepta illi fortuna arridet non illum miniſter aſtat domino non dominum. Et in alijs pleriſq; verbis.

¶ Nonageſimũſextum preceptum. De minus aduerbio.

¶ Minus aduerbium q̃q; ſepe ſignificat non: nonnunq; tamen cum poſitiuo iunctum contrarie ſignificationis comparatiuum demonſtrat. vt Terentianum illud Phedria nemo fuit minus ineptus pro prudẽtior: ꝛ nemo eſt te minus formoſus. i.

deformior:⁊ ſic de alijs conſimilibus.

¶Minus qñ ſigt nõ ſequit̃ hãc cõiũctionẽ ſin in ſcda orõnis pte poſitam ſignificã tẽ:idẽ ꝙ ſed ſi:vt ſi virtutẽ ſtudioſe colueris magnã tibi gloriã cõparabis:ſin minus feceris:eternũ tibi dedecus paries. Minꝰ in eadẽ ſignificatione ſequitur hanc dictionẽ quo pro vt. vt hanc rem tibi ſignificare volui quo minus errares. i. vt non errares. Qñ tñ minus poſitiuo preponit̃ ſignificat ꝯparatiuũ contrarium illi poſitiuo:vt Cicerone nemo fuit minus indoctus. i. doctior. Te nemo eſt mihi inuitus. i. dilectior vel charior. ¶Phedria nomen adoleſcentis in. ij. comedia therentij cuius ab authore exemplum adducitur.

¶Preceptum. xcvij. Quid inter decem annos ⁊ decem annis intereſt.

¶Quoties multos aut dies aut annos dicimus per actm̃:intelligimus iuge tẽporis curriculũ eſſe fere cõtinuũ. Sȝ ꝑ ablt̃m ſignificat̃ annoꝝ ſiue dierũ interruptio intermiſſioq̃ȝ:quare vt ait Marcellus optãtes rectiꝰ vti debẽt ſiq̃dẽ ad ſecundaȝ fortunam attineat. Intereſt igit̃ ita ſi q̃s dixerit decem annos in re militari verſatus ſum an ita:decem annis dedi operam rebus bellicis.

¶Actũs (vt authoris eſt ſnia) ſignificat tp̃s cõtinuatũ quo toto aliqui factũ eſt ſine intermiſſione. Abltũs vero tẽpus nõ ꝯtinuatũ. ſed aliqua more intermiſſione interruptũ vt tres ãnos dedi operã lr̃is cũ aſſiduũ fuit ſtudiũ:tribꝰ annis dedi lr̃is operã cum ſtudium nõ fuerit aſſiduũ. Ergo per actm̃ vt ſentit author:potius q̃ȝ per ablatiuũ amico felicitatem precari debemus cũ diuturnior actõ q̃ȝ abltõ ſignificetur felicitas:vt multos annos ſis ſanus:potius q̃ȝ multis annis. Hic eñ ſanitatis interruptio non excluditur:illic vero ꝯtinua ſine interruptiõe ſanitas optatur. Veꝝ hec dñia a Laurentio vallẽſi nõ ꝓbat̃:qui probatiſſimos authores indifferentes actõ ⁊ abltõ vſos dicit abſq̃ȝ illa tẽporis vel continui vel nõ cõtinui conſideratione. Quod nobis quoq̃ȝ factitandũ eſt ⁊ modo actõ mõ abltõ ſine vllo diſcrimine vtendũ:actõ tantũ frequẽtius. Nam elegantior eſt per accuſatiuũ ſermo. Vergi. Una cum gente tot annos bella gero. Idem. Hic iam tercentum totos regnabit̃ annos. Interdum prepoſitio per accuſatiuo tempus ſignificanti preiungitur. Verg. Multoſq̃ȝ per annos errabant acti fatis.

¶Preceptum. xcviij. Cordi eſt.

¶Cordi bono etiã flexibiliter cordi hois cordi homini Priſcianus inquit:ſignificare iocũdꝰ iocundi iocundo ſicut ⁊ frugi:ſed latius mea ſnia Marcellus opinatus ẽ dicit eñ cordi eſt. i. animo ſedet. Nã hec res mihi cordi eſt. i. placet. Theren. i. and. An tibi he nuptie ſunt cordi. Mar. Cicero de ꝑfecto oratore flumen alijs verborum volubilitas cordi eſt. Et Lucilius probe declarat:cum inquit. Et quod tibi magnopere cordi eſt mihi vehementer diſplicet.

¶Priſcianus dicit hoc nomen cordi eſſe adiectiuum ⁊ indeclinabile ſicut frugi. Dixit itẽ cordi eſſe ſignificare iocũdũ eſſe. Veriꝰ tñ arbitrant̃ alij cordi dtm̃ eſſe ſingularẽ huiꝰ nti cor cordis:⁊ cordi eſſe ſignificare vt tui mores ſunt mihi cordi. i. placent mihi. Sedeo dtõ iunctum idẽ ſignificat. Verg. Et ſedet hoc animo.

¶Frugi hoies qui ⁊ frugales dñr. ſunt q̃ in omni re motibus animi moderantur. Et frugalitas virtꝰ que motus animi regit ⁊ ſedat moderatãq̃ȝ in omni re ponit ſernare conſtantiam. Inde frugaliter aduerbium:temperate ⁊ modeſte ſignificat.

¶Preceptum. xcix. De tantiſper.

¶Tantiſper qđ quaſi ẽ tãdiu ornate poſt ſe depoſcit dũ:qđ ferme eſt donec. vt illđ Theren. he autõtimorumeno. Tantiſper mecũ dicite volo. dũ qđ te dignũ ẽ facias Ego tantiſper magna voluptate afficior dum apud te venior.

¶Tātiſper aduerbium tēporis in priori orōnis parte locatꝛ ſequēte dum pro donec vt tantiſper mihi gratus es:dum boni viri fungaris officio.Sequitꝛ interdum loco iſtius aduerbiū dū iſtud aduerbium quoad pro donec:vt tātiſꝑ hac re vtar quoad melius inuenero.Alia quoqꝫ aduerbia in per terminata exiguā tpis morā ſignt:vt pauliſper parumper.i.pauco tpe:aliquantiſper aliquo tempore ſicut tantiſper tanto tempore ſignificare dictum eſt.

¶Preceptum Centeſimum.Quid inter delector ꝛ oblector intereſt.

¶Tu mihi charus es:ego te amo:tu mihi iocundus es:ego te delector. Sed delecto ꝛ oblecto non ſimiliter conſtruuntur.Naꝫ dicimus delectat me hec res:ſed oblector me hac re:delectabat ſocratem vite integritas:pithacus ſeſe virtute ꝛ doctrina oblectabat:ego me oblecto ruri.

¶Delectare ꝛ oblectare ꝟba trāſitiua ſignificāt ex aliq̄ re voluptatē cape. Cōſtructione tñ differūt:nā delecto ſolū regit actm̄:vt tue litere ſummoꝑe me delectāt. Cicero ad Appiū.Si naūt quē mea inſtituta in ꝓuincia nō delectāt. Sed oblecto poſtulat actm̄ cū ablrō ſine ꝓpōne vt oblecto me mirū in modum tuis literis.In voce autē paſſiua vtrumqꝫ verbū iungitꝛ ablrō ſine ꝓpoſitione:vt adoleſcentes delectantur ludo:ſapiētes oblectantꝛ literaꝝ ſtudio .Cicero ad Apium.Multo magis meo facto delector q̄ꝫ tuo. ¶Pithacus duplicato t ſcribitur fuit vnus ex ſeptem grecie ſapientibus patria mytilencus:qui optimis inſtitutis patriam cōſtituit agrumqꝫ ꝛ ciuitatem ab infeſtis hoſtibus ſua virtute tutatus eſt.

¶Preceptum.cj.Fero hāc rē facile modeſte:moderate:equo animo.

¶Fero hanc rem patienter ſeu patienti animo. ſplendidius dicitur: ego hanc rem facile patior ꝛ modeſte fero ꝛ moderate ꝛ equo animo,Contra ſignificantia aduerbia grauiter:acerbe:egre:moleſte:iniquo animo :hec mihi iocunda res eſt :hec res placet mihi:ꝛ que moleſta eſt diſplicet.

¶hāc rē equo aio fero:placido modeſto moderato benigno miti facili leni animo. vel hāc rē placide modeſte moderate ꝛ benigne facile leniter fero idem ſignificant Ouid.Similes aliorum reſpice caſus:mitius iſta feres.Fero hanc rem egro animo acerbo moleſto indigno iniquo graui triſti animo.vel hanc rem moleſte acerbe indigne egre grauiter fero.Theren.Neqꝫ hanc rem egre tulit. i. patienter . Grauius amicorum q̄ꝫ propriam fero aduerſitatem.i.moleſtius.

¶Preceptum.cij.Affero ꝛ dolet mihi.

¶Affero cōmuniſſimū verbū eſt ꝛ quo multis locis vti poſſumus. Secunda fortuna affert mihi voluptatem.i.me delectat:aduerſa fortuna affert mihi dolorem.ideſt dolet mihi.Nā dicimus ꝛ hec res mihi dolet: ꝛ doleo hanc rem. Sed redeo vnde digreſſus ſum:litere tue afferūt mihi admirationē.i.efficiunt vt admirer afferes teſtimoniū.ideſt teſtificaris:ꝛ ita diuerſa eſt ꝛ vaga huius verbi ſignificatio.

¶Afferre eſt aliquā animi affectionē ſiue qualitatē in aliquo efficere :et eleganter dtm̄ cū actō petit.Quinti.li.iij.Afferūt laudē liberi parentibus:vrbes conditorib⁹ leges latorib⁹.artes inuentorib⁹:nec nō inſtituta quoqꝫ authoribus. Sic dicimus. Litere tue attulerūt mihi gaudium.i.litere tue fuerūt mihi gaudio: vel affecerunt me gaudio:vel magnū ex tuis literis cepi gaudiū.hec eī̄ loquendi rationes eedē ſunt virt⁹ ſuis cultorib⁹ affert gloriā ꝛ honorē.Doleo elegāter dtō iūgitꝛ: Theren. Sed hoc mihi dolet nos pene ſero ſciſſe. Etiam actō iungitꝛ:vt doleo pedes vel dolent mihi pedes quod barbare dicitur:pedes faciunt mihi malum.Interdum ablatiuo iungitur.Quin.in.vj.Nemo niſi ſua culpa diu dolet.

¶ Preceptum.ciij. De perinde cum atq; vel ac prepoſita.

¶ Perinde ornatiſſime poſtulat poſt ſe ac vel atq; ⁊ totũ ſimul perinde ac vel atq; habet eandem vim quã tãq;: vt camilus perinde atq; oim ſapientiſſimus: ⁊ cherea perinde ac foret eunuchus. Et de hac re ſatis hec dicta ſint hactenus.

¶ Perinde ſimilitudinis aduerbiũ requirit poſt ſe ac vel q; vel vt pro ſicut vt tuum negocium perinde ac meũ curabo: tu perinde atq; mihi amicus multa in me pſtas beneficia. Aulus gelius perinde vt ipſe prelio verſaretur coram videre ſeſe vociferatus eſt. Proinde autem coniunctio eſt rationalis ſignificans propterea: vt ſingularem in me beniuolentiã tuã declaraſti proinde ſummopere te amo. Camillus nomẽ propriũ ducis romani qui vrbẽ a gallis captam ciuibus reſtituit: et priſtinã libertatem vendicauit. Cherea Therentianus adoleſcens qui in ſcda comedia (cui eunucho nomen eſt) inducitur amore virginis captus ad quam parmenonis conſilio pro eunucho ductus eſt ⁊ voto potitus. Eunuchus caſtratus.

¶ Preceptum.ciiij. De coeo.

¶ Coeo nõ ſolũ abſolutũ eſt: ſed nõnunq; peruenuſte caſum hz actm: coeo ſocietatem tecũ. Et hinc eſt illud Auli gelij in noctibus atticis de pythagora deq; eius cõſorte qđ quiſq; familie pecunieq; habebant mediũ dabãt. ⁊ coibatur ſocietas inſeparabilis. Sed codẽ Cicero pacto eſt aliquando eo verbo vſus.

¶ Coire interdũ ſimul ire ſignificat ſiue cõgregari: vt aues vnũ in locũ coeunt. Interdũ cõcordare: vt inter eos nõ mutua eſt amicitia quoꝝ animi nõ coeunt. Interdũ rẽ habere: inde coitus cõcubitus. Et his modis neutrale. Deinde ſignificat cõponere ⁊ cõſiliare ⁊ tũc tranſitiuũ eſt ⁊ actõ iungit ⁊ paſſiuũ hz in oĩ vt inter hoĩes vna eſſet animoꝝ ꝯiunctio coiret amicitia indiſſolubilis: volo tecũ ſocietatẽ coire. Pythagoras phs qui philoſophi nomen ſibi primus vendicauit patria ſamius: cuius precepta. Ouid. in .xv. methamor. elegantiſſime ſcripſit.

¶ Preceptum.cv. De mille hominũ in ſingulari numero.

¶ Mille hominum ſingulari numero ſignificat mille homines: mille militum interijt hoc eſt mille milites interierunt. mille militum vulneratũ eſt. i. mille vulnerati ſunt milites. Idq; ornatum vſitatumq; eſt.

¶ Mille aliqñ ſubſtãtiuũ eſt ſingularis numeri neutri generis ⁊ indeclinabile: ⁊ mile hominum eſt in vrbe: ſiue vnũ mille hominũ eſt in vrbe. Et in plurali numero habet hec milia horum miliũ: milibus declinabiliter. Et in vtroq; numero requirit genitiuũ pluralem poſt ſe duo milia hominũ ſunt in vrbe ⁊ nõ duo milia homines. Et poſſunt huic nomini milia addi quelibet nomina numeralia vt tria: quatuor: quinq; ⁊ decẽ centũ: mille milia virorũ habitãt in vrbe. Sed a mille adiectiuũ pluralis numeri tñ ⁊ indeclinabile petit nomen ſubſtantiuũ eodem ſibi caſu iungi: mille homines habitant in vrbe: mille vrbes euerſe ſunt: mille oppida diruta ſunt. Et poſſunt huic adiectiuo mille preponi aduerbia numerandi vt bis mille homines. i. duo milia hominũ: ter mille: tria milia: ⁊ ſic deinceps.

¶ Preceptum.cvj. De primus.

¶ Primus ſignificat etiam ordinem quod nomen ſequitur ſecundus tertius et deinceps alia eiuſdem ordinis nomina: tamẽ multoties ſignificat principalem: vt hic eſt noſtre ciuitatis vnus omnium primus; per ſe ſignificat optimum: ſed poſtremũ raro eſt in vſu oratorum.

¶ Prim⁹ nomẽ numerale ordinale eſt qui cetero omnes ordine precedit. Oui. Prima ceres vnco glebã demouit aratro: ſecũdo ꝑ precipuus ⁊ principalis. Verg. Regi

nam thalamo cunctantē ad limina primi penorū expectant. Inde primates vocamus in aliqua re precipuos: vt primates vrbis: primates regni qui ⁊ optimates dicuntur. Tertius primus optimum ſignificat: vt is inter omnes merito primus habendus eſt qui ceteros virtute precellit. Sed hoc tertium rarius eſt.

¶ Preceptum. cvij. De interdico.

¶ Interdico tibi hac re: ⁊ non hanc rem: vt interdico tibi aqua ⁊ igni. Plini. ſecundus in epiſtolis. Carent rege iure quibus ⁊ igni interdictum eſt.

¶ Interdicere eſt prohibere ⁊ regit datiuum ſignificantem eum cui quicꝫ prohibetur ⁊ ablatiuum ſignificātem illud quod prohibetur: vt interdico tibi domo mea ⁊ non domum meam. Uel per verbum impersonale ſic. Tibi interdictum eſt domo mea. Uel per verbum paſſiuum ſic. Domus mea interdicta eſt tibi. Uel tu interdictus eſt domo mea. Sed hoc vltimum rarius eſt.

¶ Preceptum. cviij. Quando nomina ornate ſincopantur.

¶ Nunc vero ad reliqua: neqꝫ eīm inuitus omiſerim ꝙ que nomina ad numerū ſpectant in rerū pluralibus genitiuis ſincopā efficiūt: idqꝫ cū vſitatū eſt tū ad exornādū pertinet orationem: vt mille nūmum potius ꝙ mille nūmorum: mille denariū mille denariū ⁊ tot milia argentum. Et ita de reliquis. Et id in genitiuis omniū nominum ſecunde declinationis frequenter efficiunt.

¶ Sincopa eſt litere vel ſyllabe a media dictione ſublatio: ⁊ latine poteſt cōciſio vocari. Plurimum illa venuſtatis affert orationi ſi commode fiat preſertim cum nimia ſyllabarum in aliqua dictione congeries: aures prolixitate offendit: amouendum aliquid eſt e medio quo gratior breuitate fiat dictio. Quod quidem potiſſimū ſeruant authores in genitiuis pluralibus prime declinationis: vt rex celicolum pro celicolarum: terrigenum pro terrigenarum. Etiā in genitiuis pluralibus ſecunde declinationis aut pecuniam ſignificantibus vt duo millia nummum pro nummorum: aut ſignificantibus numerum: vt turris centum pedum. i. centenorū. Ambitus quadragenum paſſuum. i. quadragenorum.

¶ Preceptum. cix. Citra centenarium et poſt vigenarium minor numerus maiorem eleganter precedit mediante coniunctione.

¶ Sed proſam ſcribentes et ſolutam orationem in nominibus ſolum numerum et menſuram ſignificantibus atqꝫ in numerorum nominibus eam plerumqꝫ ſeruamꝰ conſuetudinem et citra cētenarium numerum ſi quando poſt viginarium numerū duo numeri cōnumerandi ſunt vt eorꝫ minor precedat et maior ſequatur: vt hic eſt vnū ⁊ viginti annos natus: duo et triginta annos viximus: tres ⁊ quadraginta annos nauigaui: quatuor ⁊ quinquaginta annorū cōſumpſi etatem. Sed vltra centenarium ⁊ citra vigenarium tritum ac vulgarem ſeruamus morē ⁊ ſermonē. Qd autem duodeuiginti nōnūꝙ dicimꝰ ⁊ duodetriginta: ita duodeuigeſimo et duodetrigeſimo manifeſtum eſt: ſed nō quidē eſt in frequēti oratorum vſu.

¶ Hec preceptio quatuor regulis facile declarabit. Prima eſt. Ultra decem et citra viginti ſine copula minor numerus maiori p cōpoſitionē preponiẜ: ſi vero copula interceſſerit maior minori preponitur: vt octodecim annos natus ſum vel decem et octo annos natus ſum. Maior autē numerus eſt in ꝓpoſito qui alterū in ſe continet tanꝙ ſuā partem. Minor vero numerus qui ab altero tanꝙ pars continetur. Scda regula eſt. vltra viginti ⁊ citra centū minor numerus maiori ſi mediet copula preponiẜ. ſꝫ maior minoris ſine copula preponēdus eſt. vt viri quatuorviginti an

nos vel dixi viginti quatuor annos. ꝑ tertia regula. vltra centū ꝗꝛtū licet ꝓgrediē-
do: maior numerus minori ⁊ cū copula ⁊ ſine copula preferēdus eſt. vt dixi centū ⁊
viginti annos vel centū viginti annos. Quarta regula. vltra decē octauū quēqꝫ nu
merū elegāter explicamꝰ: ꝑ nomē numeri decē ſequētis ſignificatiuū cū hoc adiūcto
duode cōpoſitū. Silr nonū quēqꝫ vltra decē numerū venuſte exprimimꝰ ꝑ nomē ſe
quētis numeri ſignificatiuū cū vnde cōpoſitū: vt duodeuiginti annos natus ſum. i.
octodecim: quaſi duobus dēptis de viginti. vndeuiginti annos natus. i. nouēdecim
quaſi vno dēpto de viginti. Sic duodetriginta. i. vigintiocto. vndetriginta: viginti
nouē. duodequadraginta: trigintaocto. vndequadraginta trigintanouē. Et he qua
tuor regule in alijs quoqꝫ noibus numerū ordinē ſignificātibꝰ locū habēt vt quar-
to ⁊ vigeſimo vel vigeſimoquarto etatis anno hanc vrbem abſceſſi: centeſimoquin
to vel centeſimo ⁊ quinto etatis anno pater obijt. duodeuigeſimo vel vndeuigeſi-
mo etatis anno te cognoſcere cepi. Sic in alijs numerorum generibus eadem peni-
tus ſeruanda eſt lex.

¶ Preceptum. cx. In dies et in diem.

¶ Quid in dies nōne pulcherrimus ſermo eſt ac ſignificat ꝑ ſingulos dies ⁊ quoti-
die: ſed cū quodā incremēto vt tua in dies accreſcit virtus: in dies hoīs ſapiūt: ſtul-
toꝝ hoīm in dies accreſcit inſantia: ſed cum dr in diem eſt terminus deputatus.

¶ In dies non eſt vna dictio cōpoſita vt pleriqꝫ arbitrantur. ſed due dictiones ſcilꝫ
prepoſitio ⁊ nomen accuſatiui caſus pluralis numeri ſicut in naues. i. per ſingulas
naues. Verg. in. v. eneid. Muneraqꝫ in naues donat. Significat aūt in dies quotidie
ſed rei crementum cum tempore denotat. Et ergo cū dictionibus crementum ſigni-
ficantibus. vt cōparatiuis verbis inchoatiue forme et alijs cōſimilē habētibꝰ ſigni-
ficationem iungitur vt in dies meus in te amor accreſcit. Tua in dies maior euadit
virtus. Sed in diem ſignificat pro vnius diei ſpacio et preſenti tempore futuri tem-
poris rationem nullo pacto habendo. vt aues in diem rapto viuunt. Eandē quoqꝫ
differentiā habēt in horā et in horas hoc em̄ crementū ſignificat. Verg. Gallo cuius
amor tm̄ mihi creſcit in horas. Illud vero ꝓ preſenti tm̄ hora: vt in horam viuo.

¶ Preceptum. cxj. Ut in verbis actionem aut paſſionem ſignificantibus varietati
ſtudendum ſit.

¶ In verbis tā actionē ꝗꝫ paſſionē ſignificantibus conſiderare debemus varias vo
cum inflexiones atqꝫ exitus et modo his mō illis vti ꝓ aurium iudicio: vt fuere ꝓ fue
runt: amarunt pro amauerūt: videre pro viderunt: norim pro nouerim: triūpharat
pro triūphauerat. Et de alijs quoqꝫ eodem modo. Sed ne quid contra grāmatice
artis preceptiones fiat: hac via prouidendum eſt.
¶ In verbis bifariā poſſumꝰ varietati ſtudere. Primo vtēdo conciſis per ſincopam
pſonis loco integrarū. Cū em̄ verba habēt ſui in preterito: in ciꝰ ⁊ tēpoꝝ ab eo forma
torum perſonis pōt fieri ſincopa mō ſolā literā remouēdo: vt petij ꝑ petiui: petijſſe
pro petiuiſſe modo ſyllabam remouendo: vt optarā ꝑ optauerā: optarim pro opta
uerim. Poete tn̄ in alijs quoqꝫ verbis quoꝝ ꝑterea in ui nō exeūt interdū faciūt ſin
copam. vt apud Theren. intellexti pro intellexiſti ſepenumero eſt inuenire. vt apud
Verg. Acceſtis pro acceſſiſtis. j. enei. cum ait. Vos ⁊ ſcilleā rabiē: penituſqꝫ ſonātes.
Acceſtis ſcopulos. Secundo contingit verbi varietas vbi due ſunt vocales eiuſdem
perſone vna in conſonantē altera in vocalē deſinēs: tūc em̄ elegāter vtimur vna al-
terius loco ſi modo opportune hoc fiat. vt potuere pro potuerunt. Cura ne hoc be-
neficio indignus videare pro videaris. Nam in ſecunda perſona ſingulari verba
paſſiua habent duplicem vocem in temporibus a preſenti formatis qđ tum carmi-
ni tum orationi ſolute non modicam affert venuſtatem.

¶ Preceptum. cxij. De quin.

¶Quin particula quō increpet vel exhortet̃ quō itē cōfirmet ⁊ quō īterroget id:ſatis exploratū eſt.Sed nos ea pulchritudine vtimur cū dicim⁹ nō poſſum q̄n geſtiam nō poſſum quin doleā:nō poſſum q̄n admirer.Significat em̄ fere me;nō poſſum continere qđ non doleam. Et etiam de ceteris conſimiliter.

¶Hec dictio quin aliq̄n increpat cū aſpera interrogatione:⁊ ſic verbum indicatiuū requirit.Therē.Quid ſtas lapis quin accipis .i.cur non.Aliq̄n interrogat ſine increpatione:vt quin ſtudes quin ad me venis.i.cur nō.Aliq̄n exhortat̃. Theren. Quin tu vno verbo dic q̄d eſt q̄d me velis.Aliq̄n cōfirmat ⁊ ſignificat q̄netiā.Uerg. Quin aſpera iuno:q̄ mare nūc terraſq₃ metu celumq₃ fatigat. Cōſilia in melius referet. Aliq̄n ſignificat ꝙ preſertim negatione precedente vt nō dubiū eſt quin Cicero ſit olim orator clariſſimus.Deniq₃ quin ſignificat q̄ nō vel ꝙ nō:vt nullus eſt quin te amet.i.qui non te amet.Nunq̄ ad te venio quin diſcedā ſapientior.i.ꝙ nō diſcedā ſapientior.Ex quibus exēplis plane conſtat ꝙ hoc poſtremo modo debet quin ante ſe habere dictionē negatiuā et poſt ſe verbū optatiui modi.Sic etiā elegāter poſtponitur huic verbo poſſum negatione precedente vt qđ vulgariter dicūt pleriq₃ nō poſſum me tenere de plorando.ſic venuſtius dicetur.non poſſum quin plorem.non poſſum quin gaudeam.Uel adiuncto hoc verbo contineo nes.ere.ſic nō poſſum me cōtinere quin plorem.vel nō poſſum continere lachrymas.non poſſum me a lachrymis continere ſiue temperare.Uergil. Quis talia fando temperet a lachrymis.Deniq₃ non poſſum tenere lachrymas idem ſignificat.Ouid.in.ij. metamorphoſeos. Uix q₃ tenet lachrymas quia nil lachrymabile cernit.

¶Preceptū.cxiij.De locus eſt.vel multū vel nihil loci eſt huic rei.

¶Quid illud nōne:preclarū eſt vſu:locus eſt huic rei:multū loci eſt gaudio:plurimū loci eſt tranquillitati.Et therentianus dauus. Nihil loci eſt ſegnicie. ſignant enim hec omnia predicta oportere nos letari vel tranquillos eſſe vel voluptatibus affici vel non negligentes ac ſenes.Et ſic in alijs huiuſmodi.

¶Locus duo potiſſimum habet ſignificata orationem latinam multum exornantia.primo opportunitatem ſignificat,Uerg.Et iſtam oro(ſi quos adhuc precibus locus)exue mentem hoc pacto ordinatur eleganter in genitiuo cum iſtis dictionibus nihil plurimum multum et conſimilibus ſequente verbo ſubſtātiuo cū datiuo.Theren:nihil eſt loci preci relictum.Quod ergo ſine ornatu dicitur non oportet hic dolere elegantius dictum fuerit nihil loci eſt dolori.Nōnunq̄ in eodem ſignificato cum genitiuo gerundij ponitur.Theren.in andria.Item et multa alia que nunc non eſt narrandi locus.Secundo ſignificat vicem ſiue vicariam pro altero eſtimationem. vt te patris loco ſemper colui.i.pro patre et tanta veneratione quāta patrē.Theren.Sic te in fratris germani ſemper dilexi loco.Sic recte dixerimus hoc mihi voluptatis loco eſt qđ ſignificat hoc eſt mihi iucūdū et delectabile.Literas tuas magni muneris loco expecto:hoc eſt pro magno munere.Sed priori tm̄ in litera.

¶Preceptū.cxiiij.De magnopere ⁊ ſimilibus.

¶Nōnunq̄ vero duo noia ſiue prepōne addita ſiue nō:aduerbij vim retinēt:vt magnopere pro valde:maximopere pro plurimū.maiorem in modū pro maxime.

¶Duo noia vnū adiectiuū alterū ſubſtantiuū aliq̄n in vnā dictionē coeūt et fiunt aduerbia.Idq₃ bifariam euenit.Primo ſine prepōne vt ſummopere te diligo.i.maxime.pleriq₃ virtutē magnopere extollunt:nō tn̄ eā ſequunt̃.Tātopere.i.tm̄.Therē. Ah ne ſeui tātopere.Scđo prepōne intercedente.vt mirū in modū te amo.i.mirifice hac de re maiorem in modū admiror.Sic admodū pro valde poſitiuo iungitur. vt Cicero inſignis admodum orator clarus admodum vir ſupra modum.i.preter modum ſiue plurimum:vt ſupramodum literis tuis gauiſus ſum. Propemodū ſignificat quaſi pene ferme.Theren. Propemodum tibi habeo fidem.

¶ Preceptum.cxv.De imprimis et similibus.

¶ Sed ablatiui caſus ſiue cõmercio prepoſitionis ſiue ſine vim habent aduerbij:vt imprimis ſignificat eñ precipue ac preſertim ⁊ id(vt grammatici dicunt)aduerbiũ ipſum(ſi ita appellandum eſt)perornate noibus iungitur vt imprimis ſapiẽs imprimis eruditus.Sed ne propoſito digrediar paucis interdum paucũ pro paucum:⁊ multis pro multum:verum hec alio loco oportunius.

¶ Imprimis ex prepoſitione in ablatiuo plurali compoſitum aduerbium eſt poſitiuis adiungendum et ſignificat potiſſimum ſiue precipue.Debet autem reſolui per prepoſitionem inter accuſatiuum pluralem huius ſuperlatiui primus a.um.talis quidẽ generis quale exigit oratio.vt Cicero imprimis eſt doctus.i. inter primos. Lucretia imprimis fuit pudica.i.inter primas.id imprimis eſt honeſtum.i.iter prima.Eodem quoq; modo ablatiui plurales adiectiui ſepe tranſeunt in vim aduerbiorum.Uergil.Atq; hinc reſponſum paucis ita reddit heros.Item expediam paucis a te tua fata docebo. Non multis tecum agam.i.non multum breuibus hanc rem perſtringam.i.breuiter.

¶ Preceptũ.cxvj.De gerit cũ noie magiſtratus ſiue imperij.

¶ Ille etiam modus optimus eſt:vt ſi quis dicturus ſit quẽpiam hoiem aliquẽ habere magiſtratũ vel honorem ſiue imperiũ:vt in noie honoris eiuſmodi ⁊ gero geris verbo conſtituat pulcherrimã orationẽ hoc pacto.Hic eſt rome conſul:rome conſulem gerit.ita conſimiliter imperatorem gerit:principem gerit:pretorẽ gerit.⁊ alia conſimiliter.Ad hos eñ viros rerum cura et adminiſtratio pertinet.

¶ Gero cum ſignificat habere:eleganter actm̃ hꝫ ſignificantem dignitatem vel officium aliquando quidem concretum ⁊ aliquando abſtractum.Concretum vt hic gerit conſulem:imperatorem:cenſorem:pretorẽ:queſtorẽ:tribunũ:principẽ.Abſtractũ vt hic gerit in vrbe magiſtratũ:cõſulatũ: imperiũ.cenſurã:preturaꝫ:q̃ſturã:tribunatum:principatũ.i.fungitur officio conſulis imperatoris ⁊c.horum autem officioruꝫ nomina alio loco declaranda ſunt.

¶ Preceptũ.cxvij.De interlegendum ⁊ conſimilibus.

¶ Uſitata ⁊ perpulchra eſt ſermonis oratio vt gerundiorꝫ actis prepoſita inter ſignificet tp̃s imperfectũ indicatiui vel ſubiunctiui modi vel alterius ⁊ dũ particulã vt interambulandũ hoſtes offendi hoc eſt dum ambularem:inter legendũ videbas hoc eſt dum legeres.Et ſic pro varietate perſonarũ ita explicandũ eſt vti modo explicauimus.Sic ſeruius in buccolicis ꝟgilij interagendũ.i.dũ agis honeſta locutio ſic dicamus intercenãdum hoc ſum locutus.i.dũ cenarẽ hoc ſum locutus.

¶ Cũ ꝟbũ p̃teriti ip̃fecti tp̄is indicatiui vel ꝯiũctiui modi adiũgit̃ aduerbio tp̄is dũ cũ:qñ:elegãtius ꝟbũ mutat̃ in gerũdiũ acti caſus prepoſita prepõne inter. Qđ q̃dẽ gerundiũ explicari dꝫ per verbũ talis p̃ſone et tp̄is:quale ſnĩa req̃rit vt multa inter legendum annotatu digna mihi occurrunt.i.dũ legerẽ.interambulandũ de te cogitare cepi.i.dũ ambularem.Quid intereundũ obſecro inueniſti.i.dũ ires.

¶ Preceptũ.cxviij.De in pro erga ⁊ contra.

¶ In pro erga ⁊ contra pulcherrima eſt actõ prepoſita vt meus in te animus:mea in te beniuolentia.vbi eñ ſignificat erga.Iuuenalis inuehitur in domicianũ. Cicero habuit orationem in catilinam.ibi enim contra ſignificat.

¶In pro erga ornatã reddit orationem. Cice. vt tua ſumma in me beniuolẽtia que mihi iam a pueritia cognita eſt. Itidẽ pro contra vt magnum in romanos bellum geſſere carthaginenſes. Deniq; ſignificat ꝑ et accuſatiuo quoq; iungitur vt in amoris noſtri declarationẽ hec munera ad te miſſa volui. ¶Domicianus filius veſpaſiani et frater titi immatura morte ſublato ſucceſſit in regno ſed moribus longe ab eo diſſentiens: vt late tractat Suetonius. ¶Catilina romanis ciuis flagitioſiſſim⁹ de quo late Salluſtius ſcribit.

¶Preceptum.cxix. De apprime.

¶Apprime pro valde recte apponitur noibus queadmodũ de imprimis ſuperius dictũ eſt: vt verg. apprime nobilis: res apprime vtilis. Et ita de aliis ſimilibus.

¶Apprime quãtitatis aduerbiũ ſicut valde: tribus longis conſtat ſyllabis: qđ ad ſuſtolendum eoꝝ errorem dictum eſt qui penultimam pronunciatione corripiunt. Significat autem valde et poſitiuis iungitur. Theren. Nãq; id arbitror apprime in vita eſſe vtile ne quid nimis. Uirtus homini apprime eſt neceſſaria. Uerg. autem vt hanc dictionem carmini aptaret. dixit apprima nominaliter vltima corripitur. cum in ſecundo georgicorum inquit. Flos apprima tenax vbi (teſte Seruio) apprima pro apprime poſuit.

¶Preceptũ.cxx. Ut res apte coniungitur adiectiuis poſſeſſiuis.

¶Res nomẽ latum diffuſumq; eſt ſed eo pulcherrime vtimur cũ adiectiuis poſſeſſiuis noibus ⁊ preſertim hmõi: vt cũ dicitur res bellica res domeſtica res publica res familiaris res militaris. Et ſic de ſimilibus pariter.

¶Res interdũ negociũ ſignificat. vt tuã rem eque atq; meã curabo. Horatius. Tũc tua res agitur paries cũ proximus ardet. In hoc ſignificato eleganter nominibus adiectiuis adiungitur. Theren. Adoleſcentulo adhorrenti ab re vxoria. Sic recte diximus. Hic in re ciuili iam diutius verſatus eſt. In re ſcholaſtica morũ probitas et animi modeſtia mirũ in modũ cõmendantur. Preter literã interdum res ſignificat diuitias. Theren. Cuius frater aliquãtulũ eſt ad rẽ auidior. Nonnunq; imperiũ. Uergi. Poſtq; res aſie priamiq; euertere gẽtem: hinc rerum potiri dicitur qui ſummam imperii conſecutus eſt. Deniq; vtilitatem ſignificat. Therentius. Si in re eſt vtriq; vt fiant. Unde hoc e re tua factũ eſt. i. pro tua vtilitate. Alias eiuſdem nominis acceptiones ex aliis abunde eſt inuenire.

¶Preceptum.cxxi. De preſtolor.

¶Ut aliqua veluti ſignanda inſtituã preſtolor verbũ plerumq; poete actõ iungũt. Cicero connectit datiuo. vt quem preſtolaris preſtolor ioanni.

¶Preſtolari verbum deponens: expectare ſignificat ⁊ actõ iungitur apud poetas. Therẽ. Quẽ preſtolaris parmeno. Apud oratores vero datiuo vt preſtolor tabellario. Cuius ex Cicerone plurima facile exempla occurrunt.

¶Preceptum.cxxii. Aſſentior aſſentio: impertior impertio.

¶Multa ſunt verba quibus per eandẽ ſignificãtiã ⁊ paſſiua vtimur voce ⁊ actiua (Et vt omitto pene innumerabilia) Cice. frequenter in his duobus mõ actiuam modo paſſiuã vocem vſurpat aſſentior ⁊ aſſentio vbiq; eadẽ cõſtructionis forma et impertior ⁊ impertio. In ceteris autem fit multo rarius.

¶Uox actiua q̃ in o deſinit quãcũq; ſignificationẽ habeat. Uox paſſiua que deſinit in or cuiuſcũq; ſignificationis fuerit. Cõplectit ergo vox actiua in ea q̃ autor vtriuſ acceptationem vocem actiuã ⁊ neutralem ſm Donatum. Et vox paſſiua hoc in loco ſuo ambitu ꝯtinet vocẽ paſſiuã deponẽtalẽ ⁊ cõem ſm Donati diffinitionẽ. ita q; aſſentire verbum neutrũ ſm vocẽ vel aſſentiri deponens vbiq; tñ neutrũ ſm ſignis-

ficationē ⁊ aſſenſum prebere ⁊ dtō iungit. Uerg. in. ij. enei. Aſſe fere oēs ⁊ ſibi quiſq̄ timebat haud facile ſibi aſſentior impertior. Pro in voce actiua vel impertior voce deponētali vbiq̄ ſignificatiōis trāſitiue eſt dare ſiue diſtribuere ⁊ iungunt dtō cū actō vel actō cū abltō: vt pater impertiuit mihi multa bona vel ipertiuit me multis bonis vel impertit⁹ eſt mihi multa bona vel impertitus eſt me multis bonis. The. in eunu. Sūma ſalute ſuū parmenonē impertit gnato. Dicimus eī impertior in ſignificatione paſſiua qd huic verbo impertio tis. rūdet vt bona mihi ſunt a patre impertita. Patior verbū ſimplex idez ſignificat. ſ. in partes diuidere vt pater mihi partitus eſt ſua vel in me partitus eſt ſua bona. Uer. Et ſocios partit in oēs. Diſpertio tis. vel diſpertior tris. alterū ꝯpoſitū ſignificat diuerſis diſtribuere vt ſumma bonitas hoib⁹ ſua bona diſpertit vl' diſpertit. Sic pleraq̄ vba eādē conſtructionē ⁊ ſignificationē ſub diuerſis hn̄t vocib⁹: vt puerto or. Uer. volucreq̄ fuga p̄ uertit hebrū: reuerto or. vocifero or. Mātua. Uociferāt altū lateq̄ incēdia iactāt. Sic pplo as. pplor aris. Uer. Uenim⁹ aut lybicos ferro pplare penatce. Comito as. comitor aris. Oui. Ac nr̄os comitare gradus ſimul ardua mōtis. Medico as. medicor aris. Uer. Semina vidi eqdē multos mēdicare ſerētes ⁊ ſilia.

¶ Preceptum. cxxiij. Uſu uenit.

¶ Uſuuenit ornatiſſime pro contigit ponitur.

¶ Uſuuenire elegāter cū dtō ponit p̄ euenire ꝯtingere accidere. Sepenumero vſuuenire ſolet vt in autorē ſcelera redeāt ſua. Interdū vſuuenit q̄ boni aduerſam et mali pſperā habeāt fortunā.

¶ Preceptū. cxxiiij. Uſurpatio ⁊ vſurpare.

¶ Uſurpatio vſurpare nō ita intelligi dn̄t ⁊ ſicut iuriſcōſulti vtunt: ſed vſurpationē oratores frequentē vſum nomināt: vt vſurpare in frequēti vſu habere.

¶ Iuriſcōſulti dicūt vſurpare eſſe rem alienā vt ſuā detinere ac in ſuū vſum applicare: hec tn̄ ſignificatio apud oratores nō eſt vſitata: apud q̄s vſurpare ſignificat frequēter vti. vt cice. hoc loquēdi genus ſepius vſurpat. In voce paſſiua ſic. Que a p batis autorib⁹ vſurpata ſunt vocabula: ⁊ nos q̄z vſurpare debemus. Uñ vſurpatio frequens vſus vt crebra eſt apud Ciceronē huius verbi vſurpatio.

¶ Preceptum. cxxv. Deficit cum accuſatiuo.

¶ Hec res me deficit. i. de eſt mihi hec res vt deficit me dies vita q̄ primum mortales deficit. Sed deficio hac re magis poetarum eſt.

¶ Deficere deeſſe ſignificat ⁊ aliqñ dtm̄ hz qd rari⁹ eſt: vt deficiunt mihi vires pro tāto onere ſubeundo. Interdum actm̄: vt deficit me anim⁹. Añ me dies deficiet q̄ oia dixero ⁊ hoc ornatiſſimū eſt. interdū hz abltm̄: vt deficio virib⁹ in voce paſſiua deficior. i. deferor relinquo nōnunq̄ inuenit. Ouid. Deficior prudens artis ab arte mea. Nā deficior actō iūctū relinq̄re ⁊ deſerere poti⁹ q̄ deeſſe ſignificat q̄re actiuā tm̄ ſignificationē retinet inde participium defectus a. um. paſſiue quidē vocis ſed actiue ſignificationis. Nēpe ſignificat fractum debilitatum ⁊ qd propemodū deficit. Ouid. Que vires defecto reddat amori. ⁊ abltō iungitur: vt ſum defect⁹ labore. Atnomē verbale defectus us. ui. carentiā ⁊ abſentiā ſignificat: vt defectu naute nauis facit nau[illegible]gīū. i. q2 nauta non eſt preſens.

¶ Preceptū. cxxvj. Omnis pro omnes.

¶ Nunc autē ne ea que perutilia ſunt ⁊ ornātiſſima omittam⁹ intelligendū eſt q̄ que nomina tertie declinationis tam ntm̄ q̄ gtm̄ ſingularē habent ſimiles preſertim ſi genitiuus pluralis in um exiuerit: eorū frequenter accuſatiuus pluralis in is terminari ſolet raro in es: vt omnis pro oēs: mortalis pro mortales: manis pro manes. ¶ Similiter (vt ipſe quoq̄ teſtatur Priſcianus) in es ⁊ in is terminata repe

riuntur fortis ⁊ fortes:partis ⁊ partes:pontis ⁊ pontes. In reliquis rarius id fit: que eſt poetarum venia.

¶ Noīa tertie decli. nō creſcētia in gtō ſingulari ⁊ hñtia ium in gtō plī hñt in actō plīs is lōgā pro es. Qđ in adiectiuis ſepius vſuuenire ſolet. De carētibus ſingulari nūero idē ſubit iudiciū ſicut de hñtib⁹: vt tris ꝑ tres. Uer. i. iij. eñ. Tris adeo incertos ceca caligine ſoles. Idē in. j. Crudelis aras traiectaq́ꝫ pectore ferro. Etiam nomina terminata in ns ⁊ rs: q̄uis gtīm ſingularē habeāt precedentē ntīm in ſyllabis inueniunť hīc is pro es in actō plī dūmodo habeāt ideo i gtō plī: vt preclaras artis edoct⁹ eſt: pro artes: fontes: ſapiētis ꝑ ſapiētes: hoc tamē poſterius poetaꝝ licētia potius q̄ꝫ regula ⁊ lege cōceſſum eſt. Nec extēditur hoc preceptū ad ntīm et vtīm pluralē q̄uis pleriq́ꝫ crediderunt cōmunem tribus pluralis numeri caſibus hanc legem eſſe. Obſtat eīm doctiſſimorum id non vſurpantium authoritas.

¶ Preceptum. cxxvij. Propediē: q̄ꝫprimū: ſcito: confeſtim: ⁊ poſtridie.

¶ Quedā aduerbia ſunt q̄ in epiſtolis maxime cōgruunt: ſicut ꝓpediē: q̄ꝫprimum cito: cōfeſtim ⁊ poſtridie: qđ multi ignari literarū ⁊ grāmatice artis expertes exponunt poſt tres dies. Sed tu (ne eodem dicaris errore) crede poſtridie ſignificare poſtero. Et eo pacto Marcus Cicero accepit: ⁊ alij eruditiſſimi viri

¶ Propediē ſignificat tēpus ſtatim futurū: quod vulgariter dicunt quidā in breui vt nuncius propediē venturus eſt: q̄ꝫ primum ſignificat continuo. Cicero ad marcellū. Cura igiť vt q̄ꝫprimū venies: venies eīm mihi crede expectat⁹. Ut cū primum due ſunt dictiōes ſicut quādo primū. i. poſtq̄ꝫ: poſteaq̄ꝫ: ſimul: acſimul: atq́ꝫ ſimul: vt duo verba poſtulāt: q̄ꝫprimū vnum tantum: vt cū primum ociū natus fuero: literas at te dabo. Pleriq́ꝫ tamen errore ducti ⁊ nihil intereſſe credentes hoc pro illo vtuntur: ⁊ dicunt q̄ꝫprimū ocium nactus fuero. vbi rectius cum primum dicerent. Cito: celeriter: confeſtim: protinus: illico: continuo: eueſtigio. ¶ Poſtridie ſignificat poſteriori die ſicut pridie priori die: ⁊ ordinantur primo cum genitiuo; vt pridie illius diei quo ad te veni morbo captus ſum, Poſtridie kalēdarū martij receſſi Cū actō vt pridie kalendas ianuarij ad te veniam: ⁊ poſtridie nonas ianuarij recedā. Interdum habent poſt ſe aduerbium q̄ꝫ: vt pridie q̄ꝫ receſſi te allocut⁹ ſum: poſtridie q̄ꝫ vrbem intraui te ſalutaui. Aliquando ſine caſu ⁊ aduerbio vt has ad te literas kalendas ianuarij dedi; tuas autem pridie accepi; Theren. in andria. Uenit Chremes poſtridie ad me,

¶ Preceptum, cxxviij, Primum; deinde: preterea; ad hoc poſtremum.

¶ At ſi quis multa referre velit pro prima reponat primum vel primo: vtrumq́ꝫ ei in vſu eſt: pro ſecunda deinde: vel ſecundo loco: pro tertia preterea vel tertio loco pro quarta (qđ perraro accidit) ad hoc vel preterea: vel quarto loco in calce poſtremo vel poſtremum vel demum. Sit igitur huiuſcemodi exemplum. Tria ſunt que mihi magnam afferant voluptatem primum enim ꝙ optimum amicum nactus ſum deinde autem ꝙ ſingularem tuam erga me ſepe teſtificaueris beniuolentiam poſtremum vero ꝙ te incolumen intellexi.

¶ Qñ in aliqua oratione multa occurrūt quodā ordine referēda vt multe cauſe ad vnā rem afferēde aut aliquid in partes digerendū; debet prime parti preponi hoc aduerbiū ordinis primum vel primo. Siquidem aduerbia ordinis a noibus ordinalibus numerū ſignificātib⁹ formata in um vel in o terminanť: vt ſcđm vel ſcđo: tertiū vel tertio: quartū vel quarto. Añ ſcđam partē ſcđm vel ſcđo loco. Añ tertiā partē preterea vel tertio loco. Ante quartā ſi vltima nō fuerit; ad hoc ſiue ad hec (qđ aduerbiū eſt ordinis ſignificās inſup vel ꝑterea) vel quarto loco. Añ vltimā ptē poſtremū: vel poſtremo; demū deniq́ꝫ nouiſſime vt multa ſunt q̄ animū meū ad te

amandū vehementer impellunt. pꝛimum em̄ ꝙ virtutem ſtudioſe colas. deinde ꝙ acri polleas ingenio: ꝑterea ꝙ lrarū es ſtudioſiſſim⁹. ad hoc ꝙ ſingulari me amoꝛe pꝛoſequeris. poſtremū ꝙ tuum in amoꝛem multis beneficijs clariſſime teſtificaris oſtendiſq;. Ibi quinq; ad eandem rem adducte cauſe hoc pacto per oꝛdinem ſunt conſtituende.

¶ Preceptū. cxxix. de oꝛdine harum coniunctionum enim: autē: vero.

¶ Quo iure id quoq; aduertēdū eſt ꝙ tres inuenim⁹ cōiūctiones recto atq; vſitato oꝛdine: q̄ ſunt em̄ autem ⁊ vero. Sed tuipſe hec oia ac multo plura facile cognoueris. Ciceronis ſcripta ⁊ impꝛimis epiſtolas lectitabis.

¶ Enim coniunctio rōnalis eſt nō in pꝛincipio ſed medio collocanda: vt merito te amo ſepi⁹ em̄ de me bn̄merit⁹ es. Iſte ꝟo cōiūctiones rōnales: nā q: qm̄: qn̄: qn̄qui dē: quippe nēpe. ſemꝑ ꝑponunꝭ: nāq; ſiq̄dē interdū ꝑponunꝭ: interdum vero interponūtur: vt nō mireris obſecro ꝙ tātopere ex te literas petam. ea nāq; eſt amicoꝝ cōſuetudo. He due cōiunctiones vero ⁊ aūt: ſignificantes idē ꝙ ſʒ nūq̄ ꝑponuntur ſed ſemper interponūtur differēter tn̄ q: aūt negationi poſtponitur vero pꝛeponiꝭ vt ioannes ſtudioſus es. nō aūt ingenioſus vel ſtudioſus eſt: ingenioſus vero nō. Preterea dicimus em̄uero. tumuero: atuero: ſaneuero: itauero: iāuero; non tamen dicimus em̄ aūt: tumautem: atautem: ſaneautē: ⁊ ſic de alijs. Uerū coniunctio aduerſatiua in pꝛincipio oꝛationis ponitur. vt te huc venturum arbitrabar verū mea opinione deceptus rem aliter eueniſſe cognoui.

¶ Preceptum. cxxx. Memoꝛie pꝛoditum eſt.

¶ Memoꝛie pꝛoditū ſigt ſcriptū. eſt multa em̄ talia oꝛnatiſſime vſurpantur varijs cum ſignificantijs. vt memoꝛie tradere: mādare ſcriptis: mādare literaꝝ monumētis: quoꝝ ferme oim eadē via eſt ſed mandare memoꝛie: aliud ſibi videtur.

¶ Memoꝛie ꝓdere vel tradere: eſt ſcriptū relinq̄re: vn̄ res memoꝛie ꝓdita vel tradita dr̄ q̄ id ſcriptis redacta eſt: vt memoꝛie ꝓditū eſt romanos cū bello tum ꝟtute ceteris ꝑſtitiſſe. Memoꝛie traditū accepimus romanos a troianis oꝛtum duxiſſe.

¶ Mādare literis vel lrarū monumētis idē ſignificat: vt egregia illuſtrium viroꝝ facta lris mādata ſunt. vel pꝛeclara nobilium viroꝛum facinoꝛa literarū monumentis tradita mandataq; ſunt. Memoꝛie mandare eſt animo reponere ſiue memoꝛi mente contendere. Et quod pleriq; inepte dicūt retinere: vt quecunq; didiceris memoꝛie manda. i. aio fige. vel menti tenacius hereant. Nihil te ſcire exiſtima niſi qđ memoꝛie mandatum fuerit: ⁊ ſic de conſimilibus.

¶ Preceptum. cxxxj. Fallit me hec res.

¶ Fallo verbum tritum eſt apud Ciceronem. Fallit me hec res: dicimus: fallit te ſpes quod eſt fruſtratur ⁊ decipit.

¶ Fallo ꝓ decipe ⁊ fruſtrari ntm̄ exigit ſignificātē illū qđ aliquē fraudat. ⁊ actm̄ ſignificātē ꝑſonā que fraudaꝭ vt hec me fefellit opinio. Uerg. Nec me mea cura fefellit. In voce paſſiua petit ablm̄ ſine pꝛepoſitione: vt falſus ſum mea ſpe. Sabinus Falliꝭ augurio ſpes bona ſepe ſuo. Ille ſua opinione falſus eſt. i. fraudatus.

¶ Preceptum. cxxxij. Miſſum facere.

¶ Miſſum facere. i. dimittere venuſtum ⁊ oꝛnatum eſt. Nam miſſam hanc rem facio ſignificat dimitto illam rem.

¶ Facio verbū oꝛnate poniꝭ cum hoc actō participali miſſum in quolibet genere. ⁊ vtrolibet nūero ꝓ varietate ſubſtātiui additi: vt te miſſum facio. i. dimitto. The. Nos miſſos face ꝓ fac. Antiquū em̄ eſt imperatiuum et obſoletum huius ꝟbi facio quo tn̄ Ouidi⁹ vſus eſt in ſecūda epiſtola. Philli face expectes demophonta tuū. Idē in epl'a laodomie ad pꝛotheſilaum. Et dices referas arma face iſta ioui...

ratio carminis non admittit fac monoſyllabum ⁊ longum. Sed hec miſſa faciam⁹ alia non minus vtilia dicturi.

¶ Preceptum.cxxiij. De ne quidem.

¶ Ad hoc ⁊ in eadem oratione due he particule ne ⁊ quidem pulcherrime ſunt ſi q̄s fuerit illis recte vſus. Nam cū ponuntur ſemper aut aliquid didicitum eſt: aut mēte concipitur vt ne audiui quidem. Significant enim exēpli cauſa: non ſolum nō vidi ſed neq̄ etiam audiui. Itē aliud exēplum. Phie ſtudia democritus non ſolum non intermittit: ſed nec remittit quidem. Remittere namq̄ philoſophiam eſt remiſſus philoſophari.

¶ Nec pro non eleganter h3 poſt ſe hanc dictionē quidē aliquo tñ interpoſito. Tot ⁊ tantis virtutibus ornatus eſt Cicero vt ne vna quidem ei deeſſe videatur. Adeo firma erit tui apud me beneficij memoria vt ne vlla quidem obliuiōe aboleri poſſit vnq̄. Ubi autem in prima orationis parte he particule ponuntur: aliquid interdum ſubauditur ⁊ ſubiicetur intelligendum: vt ne vllas quidem grās egit. i. non modo gratias nō habuit ſed neq̄ vllas egit. Frequentius tamē in ſecunda parte ſnie locatur ad rem minorem precedente nō modo cum negatione ad rem maiorē: vt hic nō modo mihi nō eſt iocundus: ſed ne gratus quidem. Et ſummatim vbi in oratione latina ponitur negatio eius loco fereſemp poni pōt ne quidem. Quin. i primo. Gaudeamus ſi quid licentius dixerint verba ne alexandrinis quidē pmittenda delitijs riſu ⁊ oſculo excipimus. Democritus philoſophus ex abdera vrbe thracie oriundus ⁊ hinc abderites vocatus eſt. de quo vide diogenē laertium. ¶ Intermittere relaxare interrūpere vt cum quis cepto deſiſtit rurſus operaturus: ille intermittit opus: ſic intermittere ſtudium eſt illud interrumpere. Remittere vero ſtudium eſt ipſum diminuere ⁊ minus diligenter q̄ ante illud exercere: vt remiſſior eſt ioanni literarū cura q̄ ante fuerat.

¶ Preceptum.cxxiiij. De ordine plurium ſine coniunctione.

¶ Sed ea q̄3 adhibenda diligētia eſt q̄ ſi quādo plura ponimus preſertī ſine copulatiua qui articulus eſt ⁊ ſi idem videantur ſignificare quod vehementius ſonat collocetur in calce. vt tua virtus laudata probanda eſt. Nam probāda eſt magis: qđ fit animi iudicio. Magiſtratus diligere amare colere debemus. Probatiſſimos viros omnes homines verentur: obſeruant: admirantur. Que turpia obſcena: tetra: feda ſunt: ea fugere ⁊ aſpernari debemus. Uirtutis officium ſumma laus eſt. Nam officium habet acceſſionē actiōis. Sed in his quoq̄ ordo quidā ſpectādus eſt q̄ ſi tria quorum duo partē aliquā ſignificēt tertiū fit cōmunius. id profecto plerūq̄ d3 in fine collocari: niſi ſe habuerit quodā generis modo: tunc enim econtrario fit qđ nūc liq̄do ac pſpicuo patefaciā exemplis a c prioriſq̄ quidem exemplum eſt. Omnis i adipiſcēda virtute: cura: opera: diligentia ponenda eſt. Eſt enim cura conſilium animi: opera corporis: diligētia vtrūq̄ cōplectit. Itē in republica plurimū induſtrie: laboris: tpis ponēdum eſt. Amicos conſilio: virtutibus opera adiuuare debemus. Alterius nota exēpla ſunt. Nō ſunt p ſe res cōmode expetēde: diuitie: honores: voluptates. Cōmodū em gn̄is locū detinet cui⁹ ſpēs ſunt multe: puta q̄s mō numerauim⁹. Atq̄ itē aīalia queq̄ hoīes: leones: equi: bonū vident appetere. S3 vt cunq̄ res ſe habeat ſi multa ſunt qđ pluris eſt debet poni in fine. Iam ad alia procedamus.

¶ Hec regula in tres ptes diuidit. Prima eſt qn̄ multe ponuntur dictiones ſine co

pula intermedia idē ſignificātes.vna tñ mai⁹ ⁊ altera min⁹.ĝcꝙ importet tūc que minus ſignificat primo poni:⁊ q̄ vehemēti⁹ in fine locari dʒ vt fiat gradatim a mino ri ad maius ꝑgreſſio.¶Therē.Adeo ne me ignauū:adeo ingratū aut inhumanū pu tes:vt neꝙ me conſuetudo neꝙ amor pudor commoueat.Idē in eunucho.Pergis ſcelesta mecum:perplexe loqui.Quid ais ſacrilega?Quid ais venefica?Omnes tibi opes:operam:ſtudium:animum.⁊ deniꝙ meipſum tibi deuoueo.

¶Laudare eſt ore ⁊ voce aliquē cōmendare.probare eſt alicuius virtutē animo ap probare:hoc ergo maius eſt illud minus:quēadmodū vocis indiciū animi iudicio eſt efficacius.Similiter diligere eſt mediocriter amare vehemēter:colere cū venera tione:poſtremū ergo maximū eſt.Uereri:eſt cū reuerētia timere:obſeruare eſt vene rari:⁊ honore quē amam⁹ ꝓſequi.Admirari eſt ob virtutis magnitudinē admira tione capi:quare poſtremū vehemētiſſimū eſt.Turpia:inhoneſta que virū ſtudio ſum minime decēt.Obſcena:laſciuis ſcurrilia:⁊ ꝑter honeſtatē ſordide ac petulāter dicta aut facta.Tetra:horrēda:nefanda infanda.Feda:que adeo execrāda ſunt:vt narrata audientiū aures offendāt:quare hoc vltimū maximū eſt.¶Uirtus eſt ani me habitus ipſam perficiens atꝙ opus eius bonū reddens.Officiū vt virtute ꝓce dens operatio.⁊ hoc quidē maius eſt quandoquidē laus omnis ab ipſa actione ſur git.non enim ob habitus tm̄ cōmendamur:ſed ob bonas que ex illis naſcuntur ope rationes.Adde officiū finē eſſe virtutis:qꝛ ob offm̄ exercendū ordinatur:finis autē preſtantior eſt his que ſunt ad finē vt in morali philoſophia latius diſcutiēdū eſt.

¶Secūda pars eſt ſi tria ſunt in oratione quorū duo cuiuſpiā rei partē tātū deno tant ⁊ tertiū cōplectatur totū:tūc illud generalius in fine collocandū eſt:vt amicus amico conſiliū: vires:operā preſtare debet:nēpe cōſiliū animi eſt vires corporis ope ra vtrūꝙ cōplectit̄.¶Tertia pars eſt:ſi multa in oratione eadē ponunt̄ quoꝝ vnū ſe hʒ vt magis cōe ad cetera q̄ ſua ſignificatione cōplectant̄ quod cōmuni⁹ eſt ꝑce dere dʒ ⁊ ſpecialia ſequi:vt ōis virtus fortitudo tēperātia liberalitas laudē meret̄. Animalia rationis expertia equi boues aſini longe ſunt homine inferiora.

¶Preceptum.cxxxv.De quiſquis vtut vbiubi.

¶Multotiēs geminatio in quibuſdā tam in verbis infinitis ꝙ̄ aduerbijs tanti va let quanti id nomē ſemel ⁊ cūꝙ vt quiſquis pro quicūꝙ:quotquot pro quotuſcūꝙ. cunꝙ quantuſquantus pro quantuſcūꝙ:qualiſqualis pro qualiſcūꝙ vtut pro vt cunꝙ:vbiubi pro vbicunꝙ.Et id aduerte diligenter.

¶Qñ iſte dictiones quis:qualis:quantus:quot:vbi:vt:⁊ ſimiles geminant̄ ſignifi cant idē qđ ſimplex dictio compoſita cū cūꝙ vt quātūquātū.i.quātūcūꝙ quoquo pro quocūꝙ:quotieſquoties pro quotieſcūꝙ.Theren.Iam vbi erit inuētū tuū pā philū ⁊ adductū curabo.Et petūt he dictiones geminas orationes:qm̄ vno verbo ſententiā cōplent:vt hoc quidē negotiū expediā vtcunꝙ ferent vires.¶Preterea cō ponuntur predicte dictiones cum vis:vt quiuis:quātumuis:quouis vbiuis ⁊ ſigni ficāt idēꝙ ipſemet cōpoſite cū libet:vt quilibet:quātūlibet:vbilibet:ſcilicet indiffe rentiā perſone quātitatis vel loci:vel cuiuſpiā alterius rei:⁊ vnū tātū requirūt ver bū vt vbiuis loci maneam.i.in quocūꝙ loco placet vel petis.Illud etiā nō eſt omit tendum ꝙ ꝗuis quicunꝙ ⁊ quiſquis idē ſignificent:non tamen eodem modo infle ctuntur nec eoſdē retinent caſus:nam quicunꝙ per omnes caſus vtriuſꝙ numeri in triplici genere declinat̄ nec vllus caſuum ad integrā declinationē faciētiū ei deeſt Sed quiſqs geminata dictio ſolū illos hʒ caſus ſingulares ⁊ plurales qui ntm̄ ſin gularē ſyllabis nō excedūt:ceteris aūt ntō in ſyllabis ſuper creſcētib⁹ caret. Qua re ſi in ſingulari nūero ntm̄ hʒ in oī gñe actm̄ ⁊ ablm̄:vt quiſquis quēquē.quoquo queq̄ ꝗꝗ qua qua quicqđ quodquod quoquo:⁊ caret gtō ⁊ dtō ſingularib⁹ ntm̄ in ſyllabaꝝ nūero ſuperātib⁹:non em̄ dicim⁹ cuiuſcui⁹ cuicui.In plī nūero ntm̄ ⁊ actm̄ pluralē tm̄ hʒ:vt quiq quoſquos queq̄ ꝗſquas q̄que quequa vtroꝙ nōaliter ſcripto nā queꝙ vbi ſecūda pars cōiūctio eſt correpta venit a quiſꝙ ⁊ ſiḡt oīs de quo nūc ſermonē nō agitam⁹.Et caret gtō dtō ⁊ abltō pluribus:ꝙ hi caſus plurales nomi

natiuo ſyllabas habeāt:dicim⁹ em̄ nūq̄ quorūquorū quibuſquib⁹:licet em̄ ars oēs admittat caſus(vſus tñ quē penes arbitriū eſt ⁊ ius ⁊ norma loquendi)hmōi excreſcētes caſus nō recipit.Et qm̄ de cōpoſitis huius dictionis quis incidit ſermo non videbitur huic loco incōgruū id vnū de illis adÿcere ꝙ hoc nomen infinitiuū ſiue pronomen(nihil em̄ in preſentiarū refert)in ntō ſingulari feminini generis : et ntō ⁊ actō plurali neutri generis habet que vel qua:qđ nō eſt intelligendū de ipſo ſimplici ꝙ indifferēter alterā illarū terminationū in predictis caſib⁹ habeat. Dicimus em̄ in ſimplici in predictis caſib⁹ ſemper qui nec vnq̄ recte loquētes dicerem⁹qua: ſed hoc ratione cōpoſitorū eius poſitū eſſe cognoſcent omnes nā aliqua eius cōpoſita habent e in predictis caſibus ⁊ non a. Contra alia habent a ⁊ non e.ad qđ clarius dignoſcēdū ponunť due regule.Prima omnia cōpoſita pronominis qui ⁊ et iā pronominis quis habētia hoc ipſum ꝓnomē in principio cōpoſitionis habēt in ntō ſingulari feminini gñis ⁊ in ntō ⁊ actō plī neutri gñis e ⁊ nō a vt quidā quiuis qui cūq̄ quilibet habent quedā quecūq̄ quelibet:nō quadā quauis quacūq̄ qualibet. Itē quiſnā q̄ſq̄s q̄ſpiā q̄ſputas q̄ſq̄ q̄ſq̄ habēt quenā q̄piā queputas queq̄ queq̄ ⁊ nō a.⸿Scđa regula eſt ꝙ cōpoſita hui⁹ ꝓnominis quis habētia hoc ipm̄ ꝓnomē ī fine ⁊ nō in principio habēt in ntō ſingulari feminini:⁊ in ntō actō ⁊ plurali neutri generis a ⁊ nō e vt aliquis aliqua ⁊ nō alique:ſiquis ſiqua ⁊ non ſique.Uer.Siqua tui coridonis habet te cura venito:nequis nequa non aūt neq̄.Uerg.in.vÿ.eneiđ. Atq̄ hos nequa forēt pedib⁹ veſtigia rectis.Simplicis aūt nominis infiniti q̄s vel q̄ ī nūero ſingulari maſculini gñis duplex ntūs diuerſa(vt ſatis oib⁹ cōſtat)ſortitur officia nā q̄s interrogat ⁊ nō refert:qui vero refert nō interrogat. In ceteris caſib⁹ eadē voce huiuſce pronominis interrogamus ⁊ referimus excepta hac neutra voce quid qua interrogamus ſolū referimus vero nūq̄.⸿Proinde ab altero neutri generis non multū differt:nam quod refert ⁊ iterrogat adiectiui fungitur officio . Nā ſubſtantiuū eiuſdē cū eo generis numeri ⁊ caſus ſibi aſciſcit:vt quod munus quod bonum nec alterum ſibi adiectiuū admittit:niſi illud in vim ſubſtantiui tranſierit: vt quod bonum.Quid vero interrogat ſolū aut inde terminatā reddit locutionem cū ſignificat aliquid ⁊ ſubſtantiui naturā habet.Adiectiuū em̄ ⁊ genere et numero ⁊ caſu ſibi conforme recipit:vt quid vtile quid dignū tantis meritis rependā. Subſtantiuū vero in eodem caſu ſecū nunq̄ habet:ſed bene in gtō caſu poſitū: vt quid animi habes:quid cauſe eſt ꝙ ad me non veneris.Quēadmodū tertio et vigeſimo precepto latius declaratū eſt.Eādē ſeruāt differentiā in neutro genere cōpoſita huius pronominis quis ⁊ qui:nā que o ante d habent adiectiuorū ſeruant naturam. vt quoddā aliquod quodlibet quodcūq̄:ſed que i ante d retinent ſubſtantiua ſunt quiddā aliquid quicquid quicq̄ quippiā.De quoꝝ quidē cōpoſitoꝝ ⁊ ſimplicis natura lati⁹ tractāda alius requiriť locus.nec debet quicq̄ iſtorū acceptiones ⁊ q̄ grāmatice locutioni ꝯducāt ꝓprietates vt exiguū aliquid relinquere aut contēnere nēpe ⁊ his recte intellectis certa patet eloquentie via quib⁹ ſane neglectis aut perperam intellectis:ne latinum quidem ſermonem quiſq̄ proferre poſſet.

⸿Preceptum.cxxxvi.Accedit.

⸿Et id aduerte diligēter:accedit pro additť q̄ vſitatū eſt tā pulcherrimū videri dꝫ. Uñ ⁊ acceſſio aditionē ſignat:vt ad meas miſerias mihi accedit dolor.i.additur. ⸿Accedere ꝓ adire actm̄ vel loci vel perſone ſine ꝑpōne reqrit vt acceſſit pręs. Interdū adiungiť ꝑpoſita ad.Terē.in eunu.Accede ad ignē hūc:iā caleſces plus ſatis Inde acceſſus us.ui. nomē.i.aditus.Oui.Quo ferat acceſſum terra paterna negat. Accedere vero pro addi ⁊ adiūgi dtm̄ exigit vel actm̄ cū ꝑpoſitione ad.vt malo malum accedere ſolet.Ad meā paupertatē mihi acceſſit ⁊ morbus.Inde acceſſio adiectio crementū:vt ſi qua tibi fortune acceſſio fuerit ne mei ſis immemor oro. Tātus eſt meus in te amor:vt ne vllā quidem acceſſionem illi poſſe fieri crediderim.

⸿Preceptum.cxxxvii.De confido.

⸿Confido nō ſicut quidam arbitrantur(neſcio quo pacto)cōſtruitur ſed iungitur.

datiuo alias abltō caſui. Et in his potiſſimū verſat̄ que ad animū ſpectāt: vt cōfido tua virtute humanitate, tuo cōſilio. & item de alijs huiuſcemodi.

¶ Cōfidere eſt fiduciā habere nec actm̄ cū prepoſitione ſuper aut abltm̄ cū prepoſitione in poſt ſe petit vt plerique arbitrantur. Sed vel datiuū vt tua humanitate cōfiſus ad te confugere decreui. Uel ablatiuū ſine prepoſitione: vt tua (qua in omnes vteris) benignitate confiſus opem tuam implorare ſtatui. Simplex autem fido datiuum habet. Mantuanus. Fidite virtuti fortuna fugacior vndis. Nō manet & certā neſcit habere domū. Modo ablatiuū: vt tua fiſus beniuolentia intrepidus te acceſſi. A fido fiducia in bonam partē. A cōfido cōfidentia in malam partē accipitur. pro male faciendi imprudentia & audacia. Teren. O ingentem confidentiā.

¶ Preceptū. cxxxviij. Credo pro committo.

¶ Credo quoque pro cōmitto ornatiſſimum eſt: vt credo tibi conſilia mea: credo tibi grandem pecuniam. & ſic de alijs.

¶ Credo pro committo tranſitiuum eſt & datiuū cū accuſatiuo poſtulat: vt credo tibi negocia mea. Uerg. Auſus ſe credere celo. Interdū fidem habere etiam tranſitiuum: vt Quin. in. vj. Credendū doctiſſimis hominibus qui vnicum aduerſorum ſolatiū literas putauerunt. Unde res non eſt credita que non accepit fidē apud audientes. Uerg. Ora dei iuſſu non vnquam̄ credita teucris. Inde nomē credulus qui credit. Uergi. Sed non ego credulus illis. Inuenitur hoc nomen cū accuſatiuo mediāte prepoſitione in. Ouid. Conſcientia mens recti fame mendacia ridet. Sed nos in vitiū credula turba ſumus. Eſt credibile quod credi poteſt. Incredibile quod hominū fidē excedit. Denique credere eſt fidere: & datiuū ſolū petit. Uerg. O formoſe puer nimiū ne crede colori. Idem non bene ripe creditur.

¶ Preceptum. cxxxix. Grandis maior vel minor natu.

¶ Grande adiectiuū nomen proli vel etati conuenit: vel pecunie: pecunie exēpla ſupra poſuimus. Sed hic grandior neſtore dicet̄. i. videt̄ quod neſtorē vincat etate & antecedat. Hic eſt grandis natu. grandiſſimus natu: ſignificat longeuum hominem atque admodum ſenem. Et quia de natu facta mentio eſt: maior natu ornatiſſime ſignificat ſeniorem: ſicut minor natu iuniorem.

¶ Grande adiectiuū ſignificat magnū & attribuit̄ interdū moli: vt grandia ſaxa et edificia recte dicim⁹. Attribuit̄ & pecunie: vt hi grādi pecunie mulctatus eſt. preterea proli: vt hic filiorū eſt grādior. Denique etati & ceteris quidē frequētius: vt hic eſt grādis etate euo, natu. i. perfecta etate. grandior euo quam Ioannes. i. maiorem habet etatem grauiſſimus natu. i. annis & euo maturus ſiue grandeuus.

¶ Natu pro abltiuo eſt ſingularis etatē ſignificans recte adiectiuis cuiuſlibet gradus exceſſum aut diminumentū ſignificantib⁹ addit̄: vt ioānes eſt maior natu quam ego. i. ſenior. maximus natu. i. antiquiſſimus. Sum minor natu quam ioānes. i. iunior. Ego ſum minimus natu fratrum. i. minimā inter fratres etatem natus.

¶ Neſtor fuit filius Noli rex pylij trecētos annos vixiſſe memoratur: vt ipſe apud Ouidiū de ſeipſo refert. Annos vixi bis centum iam tertia viuitur etas.

¶ Preceptum. cxl. De parentheſi.

¶ Inſuper haud illepida ſit interpoſitio nōnunquam̄ in orōne atque interiecta parēthesi. vt dediſti a me (quod mea ſumma eſt voluptas) ſuauiſſimas lr̄as. Oēs amicos (niſi fallor) plurimū admiror. Scire velis ex te (ea eſt amicorum ꝯſuetudo) quid nunc i cā. M. Antonij egeris. Et ita demū te poſtulāt te nr̄am orōnē hmōi iterpoſitiōib⁹ aſpgam⁹.

¶ Parēthesis latine interpoſitio dr̄. & eſt integre ſnīe inter alterius diuiſe partes.

Interceptis duobuſq; ſemicirculis a ſententia cui interponitur diſtingui ſolet. Ea ornatiſſimã reddit oratione ſi modo accõmodate ⁊ decẽter fiat neq; nimiũ frequẽs ſed materia orationis expetente: vt me vltima (vt ita dixerim) ſuſpiria trahentem ad vitam reuocaſti. Tue litere ſummã (mihi crede) voluptatẽ animo meo attulerunt. Uirtus (vt mea fert ſentẽtia) ceteris dignior habenda eſt. Si tibi vita (quod dij iubeant) eſt ſuperſtes mirũ in modũ gaudeo: ſin, languida (quod ſuperi aduerſtant) valitudo tuam ſortem doleo.

¶ Preceptum.cxlj. De increbruit.

¶ Hec res apud me icrebruit. ⁊ fere ſignificat ad aures ꝑuenit ⁊ rei notitiã ſigt.

¶ Crebreſcere frequẽtiã eſſe ⁊ augere ſignificat. Uer. Crebreſcũt optate aure inde crebreſcere frequẽter narratione diuulgari ⁊ ad cuiuſpiã noticiam peruenire ⁊ accuſatiuum petit ſignificantem perſonam vel cum prepoſitione apud vt huius rei fama apud nos increbruit.

¶ Preceptũ.cxlij. Ut nos neſcire quid dicamus.

¶ Neſcio hanc rem: ignoro: me preterit: me fugit: me latet: huius rei neſcius ſum ignarus ſum: hec res ſcientiã meam fugit.

¶ Trifariã rei alicui⁹ ignorãtiã exprimere poſſum⁹. Primo ponẽdo ꝑſonã ignorãtem in ntõ ⁊ rẽ ignoratã in actõ cũ iſtis verbis: neſcio: ignoro: vt neſcio hui⁹ rei veritatẽ. Secũdo econuerſo ponẽdo rẽ ignoratã in ntõ: ⁊ perſonã ignorãtẽ in actõ cũ iſtis verbis fugit preterit latet: que interdũ ſignificãt ignotũ ⁊ icognitũ eſſe: vt huius rei veritas me fugit: illius rei noticia me preterit. Uergi. Nec latuere doli fratrem iunonis ⁊ ire. Tertio ponendo perſonã ignotã in ntõ aut altero quocũq; caſu ⁊ rem ignoratã in genitiuo cum iſtis adiectiuis neſcius ignarus inſcius imperitus ignorans vt huius rei ſum neſcius. Iſtius loci ſum ignarus.

¶ Preceptum.cxliij. Reliquum eſt pro reſtat.

¶ Hoc reliquũ eſt. i. hoc reſtat perpulchre ⁊ magno cũ ornatu idẽ ſignificat. Exẽplũ eſt omnia tibi ⁊ naturã ⁊ fortuna tribuit: reliquũ eſt vt bene ⁊ laudabiliter viuas.

¶ Reliquũ ꝑ reſtat poſt ſe reqrit ꝯiũctionẽ vt cũ ỽbo optatiuo: vt cũ claro polleas ingenio ⁊ egregios ꝓceptores nact⁹ fueris reliquũ eſt: vt literis inſudes cũ tibi ſuperi optimos ꝯſtiterint parẽtes ⁊ animũ virtuti natũ reliquũ eſt: vt ꝑ virib⁹ bene agas: Sic dicimus nihil ſpei eſt reliquũ: ille nihil pecunie reliquũ fecit.

¶ Preceptũ.cxliiij. Uulgo. i. vbiq;.

¶ Rumor eſt vulgo. i. vbiq; ⁊ cõmuniter dicit: ⁊ ornatus eſt ſermo.

¶ Cõiter barbare ſignificat fere apud omnes ſiue quod in omniũ ore verſatur. Recte em̃ eſt ꝯiũctũ collectim ⁊ ſimul: vt illi cõiter victitãt. Oui. Duoq; cõiter omnes. Uulgo autẽ aduerbiũ ſignificat vbiq; ⁊ quod inepte per cõiter ſignificatur. Terẽ. Uerũ eſt quod vulgo dici ſolet oẽs ſibi malle melius q̃ alteri. Quintilianus in. vij. Uulgo dicitur ſcelera non habere conſilium.

¶ Preceptum.cxlv. Accipere pro audire ⁊ cognoſcere.

¶ Accipere pro audire ⁊ cognoſcere perrenuſte dicit: vt accepi rumoribus quorũ eſt incertus autor. accepi hominũ fama que certo autore cõtinẽtur. Accepi nũcijs. i. nunciationibus quos nuncios is qui mittitur affert. Accepi literas quas plerũq; ab amicis accipimus. Et in alijs cõſimilibus locis.

¶ Accipio pro intelligere ⁊ cognoſcere multũ exornat orationẽ: ſi actõ iungatur et ablõ intercedẽte plerũq; ꝓpoſitione: vt tibi bene eſſe ex tuis literis accepi. Amicũ meũ bona eſſe valitudine ex nũcio accepi. Uergi. Quo facere id poſſis noſtra nunc

accipe m ẽte. Preterea accipere eſt habere ſiue pati. Et quibuſdã actis iunctũ ſplẽdidam reddit orõnẽ: hic vulnus letale accepit. i. vulneratus eſt. Accepi iniuriaꝫ cladẽ ⁊c. Iuueñ. Qñ quidẽ accepto claudẽda eſt ianua damno. ¶ Rumor ⁊ fama (vt declarat autor) differunt ꝙ rumor ẽ rerũ nouarũ ſine autore. Fama aũt rerũ recentiũ certo autore vulgata ꝑ. Nuncius mõ ille qui nũciat aliqđ ⁊ tunc actiue capitur mõ illud qđ nunciat̃ ⁊ tũc paſſiue. vt qđ vulgariter dicunt. habui bona noua. ſic rectius dicitur: letum accepi nuncium. Triſtem de fratris obitu nuncium accepi. Idem ſignificat nuncium nuncij. vt iocunda aut triſtia accepi nuncia.

¶ Preceptum. cxlvj. hiſce. hoſce. haſce.

¶ Pronominibus articularibus demonſtratiuis cõſueuerunt oratores addere ceu adiectionem in ijs caſibus que in s deſinũt euphonie cauſa. vt hiſce hoſce haſce pro his hos has.

¶ Pronomẽ hic i. ex eũtibꝰ caſibꝰ in s: ſuſcipit hãc ſyllabicã adiectionẽ ce vt huiuſce ꝑ huiꝰ: huiuſcemodi pro huiuſmodi: hiſce pro his: hoſce ꝑ hos: haſce ꝑ has. Theren. hiſce ambo tu nõ iſidiabere: ⁊ capiũtur hec cõpoſita (ſicut ⁊ ſimplex) demõſtratiue: ꝑter ea in caſibꝰ deſinẽtibꝰ in ce ꝯponit̃ idẽ ꝓnomen cũ hac adiectione cine vt hiccine heccine hoccine: hũccine hãccine haccine heccine: ⁊ capiunt̃ hec omnia interrogatiue. Reſoluũtur eñ ꝑ ſuũ ſimplex ⁊ aduerbiũ interrogãdi ne. The. hoccine eſt humanum factum aut ineptum: hoccine eſt officiũ patris. i. eſt ne hoc humanũ factum: hoc ne eſt officium patris. Eodem modo ſiccine aduerbium. i. ſic ne vt ſiccine accepta beneficia rependis.

¶ Preceptum. cxlvij. De tranſlatione huius prepoſitionis cum.

¶ Sepe ꝓpoſitio q̃ ꝓponi ſolet poſtponitur etiam ſi ſignificãtia eadem manet ⁊ in quibuſdam quidem ſemper que ſunt mecum: tecum: ſecum: nobiſcum: et vobiſcum In quibuſdam quoqꝫ non ſemper: vt quicũ: quocũ: quibuſcum. Te propter ac etiã ꝓpter ꝯte idem ſigificant: ⁊ ſic quibuſcum ⁊ cum quibus. ⁊ in his potiſſimum ea prepoſitionum tranſlatio fit quomodo enumerauimus.

¶ Cum prepoſitio per anoſtrophen poſtponitur interdum ſuo caſuali vt ſemper in ablatiuis tũ ſingularibꝰ tũ pluralibꝰ triũ priorũ ꝓnoim. ego tu ſui. Interdũ et ablatiuis huius ꝓnois q̃s vel qui. Theren. Ut habeas qui cũ ſaltites. Eſt mihi ſocius quo cũ familiariter viuo: ſunt ⁊ amici quibuſcum iocundiſſima mihi eſt conſuetudo. Alijs ſ'itidẽ ꝓpoſitionibꝰ id ꝯuenit. Uer. Te ꝓpter eũdẽ extinctꝰ pudor. Ouidius. Te penes arbitrium noſtre viteqꝫ neciſqꝫ. Uir ille de quo verba mõ feci adeſt id tamen frequentius carmine q̃ꝫ proſa vſu non venit.

¶ Preceptum. cxlviij. Clam prepoſitio potius q̃ꝫ aduerbium

¶ Clam pleriqꝫ prepoſitio eſt ⁊ nonnunq̃ꝫ aduerbium: ſed oratores prepoſitionẽ potius accipiũt: ſiue iũgatur ablatiuo vt Priſcianus ſentit. ſiue actõ qđ opinatur Donatus: vt clam me profectus eſt: ideſt me neſciente:

¶ Clam ꝓpoſitio abltõ potius iũgit̃. Therẽ. Nec clam te'eſt ꝙ illi vtreqꝫ res inutiles fient. i. non ignoras. Interdũ aduerbiũ: ſcꝫ nullo ſequẽte caſu ⁊ ſigñt furtim latenter vt clam ingreſſus eſt ⁊ rurſum clam acceſſit. Inde clanculũ. Theren. Inuidere oẽs mihi ⁊ mordere clanculũ. Inde clandeſtinũ furtiuũ occultum ⁊ latens et clãdeſtinum odiũ: ⁊ clandeſtinum incendiũ. Palam eñ oppoſita dictio aliqñ ꝓpoſitio eſt. vt palã omnibus hoc factum eſt. aliqñ aduerbium. Iuueñ. fient iſta palam.

¶ Preceptum. cxlix. Coram prepoſitio eſt ⁊ aduerbium.

¶ Corā cum accentu in pꝛima ſyllaba pꝛepoſitio eſt: ⁊ quid ſignificet nemo eſt qui neſciat: cū accētu ꝟo in vltima ſyllaba aduerbiū pulcherrimum eſt ita ſignificanſ (vt ita dicā) pſentialiter quo frequētiſſime viri docti vtunt: vel apud Mar. Ciceronem. Cupido tecū corā locari: ideſt pꝛeſentialiter. Etiam corā tecū loquoꝛ.

¶ Corā pꝛepoſitio in cōſpectu ſignificat: vt coꝛam iudice cauſam egi: coꝛam ſenatu oꝛationē habui .i. ante ſenatoꝛes. Sed cū aduerbiū eſt ſignificat pꝛeſentialiter Uer. Coꝛam quē queritis aſſum. Cū mihi tecū corā loquendi non datur copia has ad te literas dare conſtitui. Therē. At vereoꝛ in os coꝛam te laudare.

¶ Pꝛeceptum. cl. De aduerbijs in i: ⁊ in u: deſinentibus.

¶ Multa aduerbia in i exeūtia etiā i ipſis epl'is ſunt pulcherrima: ſed hec in pꝛimis ruri: veſperi: domi: belli. Multa item in o: ſerio: cōſulto: poſtremo: falſo: merito: pꝛecario. Cetera vero in eodē exitu deſinentia aut in frequenti ſunt vſu oꝛatoꝛum. In u vero non multa ſunt diu. cuius ſignificatio manifeſta eſt interdiu: qđ eſt quaſi ifra mediȷ diei tēpus: ⁊ noctu pꝛo nocte: qđ magis nomen. Unde diu noctuqꝫ dicimus.

¶ Aduerbia in i terminātia oꝛonē venuſtā reddūt vt ioānes ruri vitā agit. Therē. Ruri ſe cōtinebat: nempe id aduerbiū eſt non noialiter em̄ rure dicimus. Theren. Ex meo pꝛopinquo rure hoc capio commodi. Ueſperi tpe veſpino aduerbium eſt. Therē. Nunqꝫ tam magne egredioꝛ atqꝫ tam veſperi repertoꝛ quin te in agro conſpicer fodere. Ibi veſperi aduerbium eſt: nominaliter em̄ in abltō ſingulari veſpere ⁊c. Ouid. Seroqꝫ trahēs a veſpere nomē multa domi egregia facta geſſerit: belli virum egit. pꝛo in domo bello. Similr̄ aduerbia in o: vt ſerio .i. citra iocum. vt ſerio loquoꝛ cōſulto .i. pꝛemeditate ⁊ ex conſilio: vt cōſulto id feci .i. dedita opera ſiue ex induſtria. Sic etiā dicimus aduerbialiter cōpoſito .i. ex conuentione vel pacto pꝛius inito. Uerg. Cōpoſito rumpit vocem ⁊ deſtinat are. Poſtremo vel poſtremum pꝛio vel pꝛim ū: vt te nunc poſtremo alloquoꝛ. Falſo ⁊ vero: vt hic falſo me accuſat. vero hanc rem cognoſco. merito .i. digne: vt merito te amo ob ſingulares quib⁹ oꝛnatus es ꝟtutes: pꝛecario p pces. Pli. de viris illuſtrib⁹. Et q̄ſi pꝛecario regnare cepit. Aduerbia in u ſunt diu p lōgo tpis interuallo: vt iam diu te videre optaui. Nec dicendum eſt diu ē qꝛ ego te non vidi: ſꝫ potꝰ multis aī dieb⁹ te nō vidi vel multo ante tpe mihi viſus nō es. Interdū tpe diurno ſicut noctu tpe nocturno pleraqꝫ aīalia interdū doꝛmiūt ⁊ noctu vigilāt. Diu pͥterea capit nōnūqꝫ p diurno tpe. vt diu noctuqꝫ literis inſudandum eſt.

¶ Pꝛeceptum. clȷ. Nullus pꝛo non.

¶ Nullus la. lū. nōnūqꝫ p nō: pſertim ſum es eſt ꝟbo adiūcto vt nullus ſum .i. interȷ. Reſpublica nulla eſt .i. extincta. idqꝫ oꝛnatiſſimum fuerit.

¶ Nullus p nō cū ſubſtātiuo ꝟbo nullo altero ſequēte noie ponit. Therē. Nullus es geta .i. perȷſti occidiſti. Ouid. Pꝛoqꝫ viro q̄ nullus erat veniebat ad aras .i. qui perierat. Ubi vero alijs adiungit ꝟbis aut ꝟbo ſubſtantiuo aliquo noie ſequente nullus ſolitā hꝫ ſignificationem: vt nulla mihi ſine te eſt voluptas.

¶ Pꝛeceptum. clȷȷ. pꝛeſto ſum .i. aſſum vel appareo.

¶ Pꝛeſto ſum ſignificat aſſum ⁊ fere appareo ⁊ ſic idē aduerbiū eiuſdeꝫ ꝟbi modis omnibus ac tēpoꝛib⁹ ꝯuenuſte connectitur in eandem quā modo poſuim⁹ ſignificantiā: vt pꝛeſto mihi fuit ſeruus tuus vꝛbem ingredienti .i. affuit.

¶ Pꝛeſto nō ſignificat patū. vt pleriqꝫ putātes dicētes ego ſum pſto tuis obſequȷs ſed idē eſt qđ pꝛeſens vt verbo ſubſtātiuo p oia tp̄a ⁊ modos adiunctū: explicatur per verbum aſſum conſimilis numeri perſone ⁊ tpis: vt cum nobis eundem fuerit

ero preſto.i.adero.Cũ literas ad te dare volui.nõ fuit preſto mihi tabellarius.i.non affuit.Aduerbiũ dicit in analogia:ſicut eñ aduerbiũ adiectũ verbo ipſum determinat:ita nomẽ preſto addito verbo ſubſtantiuo adiacet ipſi more aduerbij.

¶Preceptum.cliij.Licet mihi bono viro eſſe vel bonum virum.

¶Licet mihi bonum virum eſſe:ꝛ licet mihi bono viro eſſe:vtrũqꝫ latine atqꝫ vſitate dicitur:ſed id poſterius magis oratorium eſt.

¶Infinitiuus verbi ſubſtantiui ſcꝫ eſſe ſi ntm̃ intercedẽtẽ habeat.habebit et ſequẽtem:vt cupio tibi eſſe bonus amicus:ꝛ nõ amicum.Si vero obliquum precedẽtem habet:gtm̃ dtm̃ vel abltm̃ eiuſdẽ caſus ſequentẽ obliquũ habere poteſt vel accuſatiuũ poſt ſe:tametſi obliquus alterius caſus preceſſerit.Et quauis tunc diuerſis caſibus interponi cõtra verbi ſubſtantiui naturã videaẗ:nullum tñ eſt contra grãmatice legis vitiũ:nam facile ſubaudiẗ actũs verbo ſubſtantiuo preponẽdus:vt eſt patris eſſe benignũ in filios.Intereſt ſcholaſtici eſſe ſtudioſum ꝛ modeſtum.Ouid. Et tuo non licet eſſe mihi.Idem.Quo mihi cõmiſſo non licet eſſe piam. Sic licet mihi eſſe docto vel doctum:probo vel probum et ſic de alijs.

¶Preceptũ.cliiij.Perpetuum et imperpetuum aduerbia.

¶Perpetuũ ꝛ imperpetuũ aduerbia pro eodẽ ponunẗ:ꝛ eis frequenter vtimur.

¶Perpetuũ et eius cõpoſitũ imperpetuũ ſignificãt perpetuitatẽ tẽporis et iugem durationem:vt meus in te amor perpetuum durabit:virtus imperpetuum manet: nullo interitu caſura.Dicimus ꝛ perpetuo aduerbiũ.Ouid.Perpetuoqꝫ virens buxus.Sic eternum ꝛ ineternum aduerbia ſunt.Uerg.Eternum vale dulciſſime palla.Interdum tui apud me erit memoria. Sic longum aduerbialiter pro longo tpe Uer.Et longum formoſe:vale inquit iola.

¶Preceptum.clv.Deuincio pro obligo.

¶Deuincio verbũ pulcherrimũ eſt:tñ precipue epiſtolis congruit: ſignificat enim deuincio obligo:ꝛ deuictus obligatus:ſicut ꝛ ſepe obnoxius quod non ſolum trio more ſignificat quod notum eſt:ſed et iam deuinctum.

¶Deuincio interdũ cõiungo ꝛ vinculo cõnecto ſignificat:ꝛ regit datiuũ eiuſdẽ perſone cũ ntõ ſuppoſito:preterea actm̃ ꝛ abltm̃ ſequente prepoſitione:vt hic ſibi oẽs ſummo deuixit amore.Ego ſum tibi vera deuictus charitate ob amorꝫ illum quo vterqꝫ mutuo deuicti ſumus:te vt id facias rogo.Propterea ſignificat obligo:et eãdem cum priore ſeruat cõſtructionẽ:vt ſum tibi perpetua ſeruitute deuinctus. Me tibi innumeris ijſdemqꝫ maximis beneficijs deuinxiſti.Therẽ. Spero conſuetudine ꝛ cõfugio liberali deuinctum chreme ex his facile reuerſurum malis. Obnoxius itidem obligatus ſignificat:vt quod vulgariter dicunt.Ego multum teneor tibi:ſic elegantius dicitur:ego ſum tibi plurimum obnoxius.Preterea obnoxius eſt ſubiectus:vt varijs caſibus ꝛ morbis vita noſtra obnoxia eſt.

¶Preceptum.clvj. Collocare apud aliquem beneficium.

¶Collocare apud aliquem beneficium eſt alicui beneficium facere:vt apud gratos viros beneficium collocaſti.

¶Collocare apud aliquẽ beneficiũ eſt meritũ ꝛ beneficiũ in aliquem cõferre ꝛ actõ ſignificãti perſonã iungiẗ cũ prepoſitione apud:vt quicquid apud ingratos beneficij collocaẗ:id totũ prorſus perditur.Si quid apud me beneficij collocaueris: nõ me ingratũ ſenties.Cumulare aliquẽ meritis:beneficijs:donis:muneribꝰ:pene idẽ ſignificat.vt me ampliſſimie(que tua eſt libertas)beneficijs cumulaſti.

¶Preceptum.clvij.Gratificor.

¶Gratificor tibi hanc rem preclare vſurpatur pro ingratum facio.

¶ Talis et qualis licet mutuã habeãt ſepius cõnexionẽ:vt cũ vnũ preceſſerit alterũ fere ſequatur.vt talis eſt tua beniuolentia qualẽ fama prius accepi. Sepe tñ vnum ſine altero ponit̃:vt cũ alicuius virtutes memorauerit ⁊ ſubiungat.Talẽ profecto virũ ſummis extollere preconijs equũ eſt.Ibi talẽ relatiue ſine altero expreſſo ponitur.Itẽ Cicero clariſſimus fuit orator qualẽ et Quintilianũ fuiſſe ambigit nemo. Interdũ poſt talis ponit̃ qui pro qualis:vt talẽ te velim oſtendas quẽ oẽs laudãt.

¶ Preceptũ.clxj.Uel pro etiam.

¶ Uel pro etiam particula in multis locis rectiſſime cõgruit: vt hannibal fuit imperator vel oĩm primus.Tua eximia virtus vt te amem vel maxime impellit.

¶ Uel cõiunctio diſiũctiua ſignificat aut.Quinti.lib.j.Ipſius magiſtri(ſi tñ ambicioſus vtilia pferret)hoc opus ſit cũ adhuc rudia tractabit ingenia nõ ſtatim onerare infirmitate diſcentiũ.ſed temperare vires ſuas ⁊ ad intellectũ audiẽtis deſcendere.nã vt vaſcula auris anguſti ſupfuſam humoris copiã reſpuũt ſenſim aũt influẽtibus vel etiã inſtillantib⁹ cõplent̃:ſic animi puerorũ,ꝗtũ excipere poſſint videndum eſt.Nam maiora intellectu:velut parũ aptos ad percipiendũ animos nõ ſubibũt. Aliqñ ſignificat etiam:⁊ tunc cũ multis dictionibus tũ ſuperlatiuis ⁊ adiectiuo ſolus potiſſimũ adiungit̃.vt Cicero orator eſt vel omniũ clariſſimus.Quinti.lib.j.de grammatica.Quominus ſunt ferendi qui hanc artem(grãmaticẽ intelligas)vt tenuem ac ieiunam cauillentur que niſi oratoris futuri fideliter fundamenta iecerit quicquid ſuperſtruxeris corruet:neceſſaria pueris:iucunda ſenibus dulcis ſecretorum comes:et que vel ſola omni ſtudiorum genere plus habet operis ꝙ oſtentationis.Deniqȝ vel pro ſaltem accipitur vt ſi non te coram videre vel literis tuã agnoſcere valitudinem concedatur opinio.

¶ Preceptum.clxvij.Uerſor.

¶ Uerſor verbũ in frequẽtiſſimo eſt vſu veterũ ac diſcretoꝝ hoĩm : pfuſaqȝ eſt hui⁹ verbi ſignificantia ac deniqȝ varijs poteſt rationibus exponi:vt ego verſor in literarum ſtudio.i.do operã literarũ ſtudio.virtus circa difficile verſat̃.i.virtus in difficili cõſiſtit.verſamur in tenebris.i.fere ſumus ac viuimus ⁊ quaſi ſtamus in tenebris Et qđ eſt exẽplis ſuperiorib⁹ declaratũ:duos ſibi plerũqȝ ac frequentius caſus poſtulat.nam aut actõ prepoſita circa aut abltõ in precedente.Nam cũ actõ : vt ante fundũ verſari ad portã verſabatur perraro dicta ſunt:ſed quẽadmodum ceteris rebus omnibus huic ſumma adhibenda eſt diligentia.

¶ Uerſari verbũ deponens ſignificat eſſe ſiue cõſiſtere iungit̃ actõ cũ prepõne circa vel abltõ cũ prepõne in.Therẽ.Ah.neſcis quãtis in malis verſer miſer.Hic in ciuilibus verſat̃ negocijs.i.circa res ciuiles animũ intendit illiſqȝ occupatur.Grãmatica circa latini ſermonis cõpoſitionẽ cõtextũqȝ verſat̃ rhetorica vero circa ornatum. Alijs prepoſitionibus adiunctos raro admodũ habet.Uerſor itidẽ paſſiuũ eſt hui⁹ frequentatiui verſo as.are.quod frequenter mutare aut animo agitare ſignificat. Uergi.Sors omnia verſat.Idem.At cyterea nouas artes noua pectore verſat conſilia.Et tunc ſicut ſignificationem habet aliam:ita et conſtructionem.vt omnia ceco turbine verſantur.

¶ Preceptum.clxij.Enimuero.Sinautem.

¶ Nõnũqȝ due particule ornatiſſime ꝯiungunt̃ quarum eadẽ ſit vtriuſqȝ ſignificatio.vt enimuero.nam pro explenda ſententia altera dũtaxat ſufficere poterat.Et ſimiliter ſinautem cauſa explende ſententie eo in loco autem particula nullam omnino vim habet.ſin enim per ſe ſignificat ſed ſi.

¶ Interdū due cōiunctiones idem penitus ſignificātes ſibi ꝯiungunt: quarū altera ſolum ornatus gratia et non maioris ſignificationis denotāde adiūgit vt enimuero ꝓ q². Immēſas tibi grās ago enimuero mihi benigniſſime opē tuliſti. Sinautem ſignificat: ſed ſi: qd altera pars. ſ. ſin ꝑ ſe ſignificat: vt ſi virtutē colueris oībus eris grauiſſimus ſinautē ſecus feceris ⁊ deo ⁊ hoibus eris inuiſus. Apud probatiſſimos autem authores nūq̄ ſinautē ſignificat: ſed ſi nō q̄uis plerīq̄ vulgariter loquētes id aſtruere conentur et in ea ſignificatione accipi contendat.

¶ Preceptum. clxiiij. Quoad pro quouſq̄.

¶ Quoad pro quouſq̄ non minus ornate ponitur q̄ latine. vt volo in vrbe eſſe quoad tu redeas. Itaq̄ in pleriſq̄ locis conſimiliter accipi poteſt.

¶ Quoad ſignificat quouſq̄: ⁊ modo ad ꝑteritū refert: vt te expectaui domi quoad veniſti mō ad futurū ⁊ hoc frequētius vt te ſummo ꝓſequar amore quoad vixero. Unde non ab re notat Aulus gellius exactiſſimus author idē tp̄s ſignificari cū dicimus. Tibi amiciſſim⁹ ero quoad viuā et quoad moriar. illic eñ totius vite ſpaciū cōplectitur oratio: hic vero vite terminū et interitū: finitur aūt eoꝝ p̄mū tp̄e et vita et penitus eodem quo mors vitalem aufert ſpiritum.

¶ Preceptū. clxv. Suſcipere.

¶ Suſcipere nō ſolū (qd trit⁹ vulgatuſq̄ vſus hꝫ) ſignificat qd eſt ſuper ſe accipere ⁊ quodāmodo adducere aliquid: ſed etiā ornate poſitū in epiſtolis cōmēdatū habere. vt ſuſcepit Ciceronē Ceſar in ſuis aduerſis rebus que vtiq̄ poſtrema ſignificatio haud quaq̄ (ſiquis inſpiciat accuratius) a priore illa aliena eſt.

¶ Suſcipere vulgata ſignificatione eſt accipere vt magnos pro te labores ſuſcepi multa abs te ſuſcepi beneficia. Ther. en. prouinciā ſuſcepiſti durā. Preterea eſt commendatū habere: vt hunc mihi amiciſſimum meo noīe ſuſcipias velim. Ego tuis in negotijs ſuſcipiā. i. commendatū habeo qd ſi quos commendatos habemus illos in noſtro preſidio clientulaq̄ accipere videmur.

¶ Preceptum. clxvj. Poſitiuo adiūcta negatio ꝯtraria poſitiui plerūq̄ vim tenet.

¶ Optima quoq̄ ratio eſt vt poſitiuo cuipiam adiuncta negatio contrarij poſitiui vim ad ſignificationem teneat. ſed nō ita plene tamen accurate illam expleat cuius rei exempla ſubijciamus. hic vir eſt haud improbus ſignificat enim fere hunc hominem probum potius q̄ improbum eſſe habendum. Et philoſophus haud ignobilis hiſtrio non illepidus: miles non inſtrenuus: ciuis haud malus nam in his eorūq̄ ſimilibus rectius atq̄ vſitatius dicitur quando vis laudis cuiuſdam eſt: ſed quaſi diminute et quaſi defraudate laudis.

¶ Tum aliqd poſitiuo exornare volumus: ꝯtrario eius negationē preponam⁹ tam in nominibus q̄ in aduerbijs vt dediſti ad me literas nō iniucūdas. i. iocūdas. Nō ſum huius rei ineſcius. Ioānes haud literarū imperitus. i. peritus. Illis eñ binis negationibus affirmatiuā aſſertionē perſcriptorē denotam⁹. Et q̄uis nō vſq̄ adeo perfecta eſt per negationē: vt ꝑ affirmationē ſignificatiua ſi maior tñ eſt decor ⁊ orationis ornatus: vt mediocriter te amo pro multum non parum gaudeo pro valde. Hiſtrio qui in ſcena alioꝝ geſtus effingit ⁊ q̄proxime imitamur. Inde hiſtrionicos mores dicimus ⁊ hiſtrionatum: leuitatem geſticulariam.

¶ Preceptum. clxvij. Peto hanc rem a te.

¶ Quod grammatici dicunt pro te hanc rem ornatius. nec minus latine dici queat peto hanc rem a te. ⁊ id plurimū Cicero in epiſtolis conſueuit.

¶ Peto pro poſtulo duos q̄dē actōs habere pōt cū verbū ſit vehemētiſſime trāſitionis. Verū loco alteri⁹ loco acti pſonā ſignificātis abltm̄ potiꝰ hʒ cū ꝓpōne a vel ab vt petiui auxiliū ſic ornati⁹ petiui abs te auxiliū. Interdū ⁊ oro eiuſmodi eſt nature. Therē. i andria. Immo vero nūc maxime abs te oro atq̧ poſtulo chreme. Alia eiuſdē verbi ſignificata hinc loco nō cōducūt. que cōſulto relinquimus.

¶ Preceptum. clxviij. Conficior pro pereo.

¶ Cōficior paſſiua voce crebro vſitatū eſt ꝓ eo fere qđ eſt pereo: vt ſenio: confectus ſum. i. cōſumpt⁹: vt vir inops ac miſer fama frigore: dolore conficit̄: vt ſi annis etate ſtudio conficitur ac merore: labore ſenio cōfectus ⁊ de aliis ſic permultis.

¶ Cōficior pro cōſumor: attenuor debilitor: hʒ abltm̄ ſine prepōne. vt animus me⁹ dolore conficit̄ ob tuam aduerſitatē. Verg. Tu me cōfectū curis ſomnoq̧ grauatū. Idem in. iij. eneid. Macie cōfecta ſupreme. Sic ergo venuſte dicim⁹. Corpus labore: et animus dolore confectus eſt. Sunt confectus moleſtiis. Alia huiuſce verbi ſignificata abunde apud alios traduntur hic nō repetēda.

¶ Preceptū. clxix. Ablatiui participiorū cū alioꝝ ꝯuenuſtā reddūt orōnē.

¶ Ablatiui caſus nō participioꝝ ſolū verūetiā oim alioꝝ in oratione perconcinne ponūtur preſertim ſi qua fuerit tēporis ſignificatio. Et de participiis quidem manifeſtū eſt. vt regnāte Octauiano ceſare parta eſt vniuerſo orbi pax quaſi qua tempeſtate regnabat octauian⁹ ceſar. Et aliud dionyſio ſyracuſis tyrānidē gerēte grauiſſima in ſilicia bella geſta ſunt. i. quo tpe ſyracuſanorū tyrānius dionyſi⁹ erat. Sʒ eodē quoq̧ modo alia quedā ſe habēt noia maxime ſi dignitatū ⁊ honoꝝ extiterit. vt Cornelio et galba edilibus curulibus acte ſunt in theatro fabule. Quidā addunt participiū exiſtentibus: ſed nos prohibemus (qđ ad venuſtatē orationis non pertinet) ad id oportere. Et idem Scipione conſule perſe deuicti ſunt. Scipione imperatore euerſa eſt numantia. et reliqua huiuſmodi pariter.

¶ Cum due fuerint orationes de ſuppoſito ⁊ appoſito ad diuerſa ſuppoſita relate et per aduerbiū tpis cōiūcte ꝟbū (cui aduerbiū illud adiacet) elegāti⁹ in abltm̄ ptīcipij mutat̄ remoto aduerbio: ⁊ illi⁹ ſuppoſitū etiā in abltm̄ ſubſtātiuū illius participij. Et interdū ꝯuertit̄ ipſum verbū in participiū preſentis tpis vt pote ſi actiuum vel neutrale fuerit aut deponēs pñtis tpis rōnē habeat. vt cū iperaret auguſtus noua ſalus mūdo exorta eſt. ſic elegātius dicit̄. Imperāte auguſto noua ſalus mundo exorta eſt. Cū ſol oritur fugiunt tenebre. ſic venuſti⁹. Sole oriente fugiunt tenebre. Nōnunq̄ verbū mutatur in participiū ꝓteriti tpis ſi vel paſſiuū ſit aut deponens preteritū tpa ſigt̄. vt poſtq̄ tue litere mihi reddite ſunt miro affectus ſum gaudio ſic. Tuis mihi redditis literis miro affectus ſum gaudio: poſtq̄ ſol exort⁹ eſt fugit vmbra mortis venuſtius dr ſoel exorto fugit vmbra noctis. Debēt aūt (vt prius dictum eſt) ille due orōnes ad diuerſa referri ſuppoſita nēpe ſi ad vnū referrent̄ ⁊ idē ſuppoſitū: tunc alterū ꝟbū nō mutandū eſt abltm̄ participij ſed in ntm̄: vt cum domū intraui nūciū offendi: nō dicendū eſt: me domū intrāte nūciū offendi ſed domū intrans nūciū offendi. Cū multis occupat⁹ ſum negociis nō poſſum tuis rebus intēdere: nō dicēdū eſt me diſtracto multis negociis nō poſſuʒ tuis rebus animū intēdere: ſed multis occupat⁹ negociis nō poſſum ⁊c. nā prima oratio ⁊ ſcđa eodem ligātur ſuppoſito. Preterea nomina dignitatū concreta poſita cū oibus propriis eorum quo illis dignitatib⁹ functi ſunt in abltm̄ trāſferunt̄. vt Cicerone conſule repreſſa eſt et extincta catiline cōiuratio. Hānibale carthaginenſium duce vaſtata eſt italia nec dʒ expreſſe ibidē poni participiū exiſtēs in ablatiuo. Verum ad explican-

dum orationẽ põt ſubandiri.Uerg.l.vij.enei.Nõ vobis rege latino. Diuitis vber agri troieve opulẽtia deerit.Idẽ in bucco.Teq́ adeo decus hoc cui te ꝯſule inibit. Octauianus ceſar iulij in imperio romano ſucceſſor q̃ toto orbo ditioni romanoꝝ ſubiecto diutius optatã pacẽ pacato orbi reſtituit:ſub quo humani generis piiſſimus ſaluator ſalutiferã hoib⁹ attulit pacẽ:cũ huic orbi natus hominẽ merito dãnatum:exilio:offenſo patri recõcilliauit.Dionyſius ſicilie tyrãnus crudelis et ſacrilegus cui eodẽ noie ⁊ morib⁹ fili⁹ in tyrãnidẽ ſucceſſit.Hic tandẽ ob ſuoꝝ immanitatem flagitiorũ ſiracuſis pulſus chorinti ludũ literariũ aperuit:vt narrat Ualerius.

¶Preceptũ.clxx.De genitiuis cũ poſſeſſiuis pronominibus.

¶Licet etiã tam grãmatice q̃ oratorie gtõs quorũcũq́ caſualium cum poſſeſſiuis quocũq́ caſu prolatis cõiungere qđ ⁊ Priſcianus tradit vt mea cauſa venit ⁊ ceteroꝝ amicoꝝ.Meũ agrũ ⁊ Marci antonij populati ſunt.tuo amico ⁊ fratris gratificare:tuum imperatorẽ ſectare et coriolani noſter ac fratris amicus:ſua ille confidit et ciuium prudentia:atq́ ita figuratur conſtructio in omnib⁹ poſſeſſiuis hinc Therentianum illud meo preſidio atq́ hoſpitis.

¶Pronomini poſſeſſiuo in quolibet caſu poſito põt per coniunctionẽ copulatiuam adiungi gtũs rectus a ſubſtantiuo pronominis poſſeſſiui vt meam ⁊ fratris vtilitatem quero tuum ⁊ patris negocium cures tuo ⁊ amicorum auxilio ſuꝫ ſubleuatus. At ſine coniunctione media pronomina poſſeſſiua adũgitur iſtis genitiuis vnius: ſolius:ipſius:cuiuſq́ duorum ipſorum:trium omnium:plurimum:paucoꝝ: in quocũq́ numero genere et caſu ipſa pronomina conſtituta fuerint.Item et participijs preſentis temporis tam ſingularis q̃ pluralis numeri. Cicero.Dico mea vni⁹ opera rempublicam eſſe liberatam . Idem . Ex tuo ipſius animo coniecturam ceperis. Sic recte dicimus.Tua ſolius culpa plectimur omnes.Noſtra omniuꝫ ſalus in deo conſtituta eſt.Meum ſcribentis librum non auferas.Noſtra ſtudentium cura circa circa literas verſari debet.Ouidius. Et fleſſi et noſtros vidiſti flentis ocellos. Poſtponitur etiam poſſeſſiuis quocunq́ genere numero ⁊ caſu poſitis relatiuum referens perſonam poſſidentẽ pronomen poſſeſſiuuꝫ denotata:vt accepi literas tuas qui es mihi amiciſſimus.Suſcepi tua munera qui es mihi benefactor ampliſſimus. Ouidius. Et mea ſcripta legis.qui ſum ſubmotus ab hyſtrum.Coriolanus poſſeſſiuum eſt deductum a coriolis vrbe volſcorum quo cognoiẽto dictus eſt Cneus marius inter romanos vir illuſtris q̄ predictam volſcorum vrbem receperit. De quo Plinius lib.j.de viris illuſtribus meminit.

¶Preceptum.clxxj.De ntõ poſſeſſiuo cum gtõ poſſeſſoris.

¶Idq́ penitus inſpiciendũ ſit q̃nq́ etiã diſcretionis ſeu abũdantie cuiuſdã cauſa ſolet addi cum gtõ poſſeſſoris et ntũs poſſeſſiuus:vt ſuus eſt Caij Ceſaris mos.i. eius et non alterius.Suus titij filius heres teſtamento conſtitut⁹ eſt.Suus vt ipſe quoq́ Priſcianus exponit ad diſcretionem eius pertinet qui ſm leges ſuus non eſt ideſt ſub poteſtate patris legitimi non eſt.Suus autem pro vniuſcuiuſq́ proprio accipitur qđ ipſum apud viros eloquentiſſimos frequens eſt.

¶Suus ſine coniunctione media poteſt iungi genitiuo poſſeſſoris ad maiorẽ diſcretionem ⁊ certitudinem.vt ſua patris beniuolentia:ſuum Ciceronis ingeniũ. Sententie quidẽ neceſſitas non exigit pronomen addi poſſeſſiuum ad ceterorum tamen excluſionem et certiorem attributionẽm additur preterea ſuus pro proprius elegãter habet poſt ſe obliquos ſingulares pronominis quiſq́:vt ſcire velim que ſit ſua cuiuſq́ ſententia.Quinti.Sua cuiq́ ſunt vitia ſua : cuiq́ poſita eſt lex: ſuus cuiq́ decor.Perſius.Uelle ſuum cuiq́ eſt:nec voto viuitur vno. Therẽ.Suus cuiq́ mos. Uerg.Trahit ſua quẽq́ voluptas.

¶ Preceptum.clxxij. Quid diſtant die quarto ⁊ die quarta.

¶ Die quarto (vt Nonius marcellus etiam teſtis eſt) et die quarta nõ idem ſigni‑ficant: ſed maſculino genere preteritum tempus deſignatur: feminino futurum qđ vetuſtiſſimi tamen aliter protulerunt: vt ſit die quarto: pro eo quod aliter nudiuſ‑quartus dicitur: nudiuſtertius ⁊ itidem de alijs.

¶ Nomen dies cũ maſculino genere nois ordinalis poſitũ preteritum tẽp⁹ apud antiquos ſignificabat: vt die tertio nudiuſtertius: qđ barbare dicunt ante heri die quarto: nudiuſquartus ⁊ ita deinceps. Sed feminino gñe nois ordinẽ ſignifican‑tis additũ ſignificabat tp̃s futuꝝ: vt die tertia.i. perẽdie qđ inepte dicũt poſt cras ſic die quarta.i. ſequẽte diẽ perendinũ. Hec tñ differẽtia non vſquequaq ſeruata ab authorib⁹ ꝯſpicit̃ quin poti⁹ dies in maſculino gñe diurnũ tp̃s ſiue preteritũ ſiue futurũ ſignificat. In feminino aũt gñe tp̃s incertũ ⁊ lõgã tpis morã notat: vt lon‑ga dies homini docuit parere leonẽ. Longa dies hominem reddit ac efficit.

¶ Preceptũ.clxxiij. Quid intereſt inter tua cauſa ⁊ tui cauſa feci.

¶ Mea cauſa ⁊ mei cauſa tua cauſa ⁊ tui cauſa: ⁊ ita in alijs pronominibus poſſeſ‑ſiuis (doctores teſtantur) dici poſſunt ſine vllo diſcrimine: nec procedit illa differẽ‑tia a quibuſdam non indoctis excogitata.

¶ Auctor ſeruiũ ſecut⁹ inter has orõnes: tua cauſa feci ⁊ tui cauſa feci: differentiã ponit his verbis. Tua cauſa feci ⁊ tui cauſa feci (ne preter veterũ ⁊ doctoꝝ ꝯſuetu‑dinẽ aliquid efficiam⁹) inter ſeſe haud mediocriter diſcernunt̃. Nã tui cã dicimus ſi qđ ei ad quem ſermonẽ vertim⁹ preſtiterimus. Ut tui cauſa ad anthoniũ caſtra profect⁹ ſum: qđ eſt te tuẽdi gratia. Sed tua cauſa: cũ tua (vt ita dixerim) cõtẽpla‑tione aliqđ alteri preſtiterim⁹: vt tua cauſa fratris tui cauſam egi. Uerũ Laurẽ‑tius valleñ. de lingua latina bñmerit⁹ primo capite ſcđi libri elagãtiarũ clare oſtẽ‑dit hanc differentiam a priſca doctiſſimorũ virorũ auctoritate ⁊ vſu longe eſſe alie‑nam probat non inualidis exemplis nihil intereſſe inter has orationes quibus nomen cauſa cum poſſeſſiõis pronominibus aut genitiuis primitiuorum iungit̃: Quem imitatus Guido Iuuc. in lingua latina non mediocriter eruditus hunc au‑toris textum altero qui commentario premittitur textu permutauit: varioremq laurentij vallẽ. ſñiam paucis explicuit. Unde aliqua ſunt nomina que pronomini‑bus poſſeſſiuis iungi quidem poſſunt: ſed non genitiuis primitiuorũ: vt tua virt⁹: non tui: mea lõgitudo non mei: ſua pulchritudo: noſtra prudentia: veſtra ꝓbitas: nõ ſui noſtri veſtri. Alia ſunt que ſine vllo diſcrimine in eadẽ ſignificatione ⁊ poſ‑ſeſſiuis iungũtur: ⁊ genitiuis primitiuorum: vt mea cauſa ⁊ mei cauſa: mea fama ⁊ mei fama: mea imago: mea fama ⁊ mei. The. Heu tot mei ſolliciti ſunt cã vt me expellant. Potius tamen ⁊ vſitatius vt ſentit Laurẽ. valla poſſeſſiuis pronomini‑bus adiunguntur. Alia ⁊ gtis primitiuorũ ⁊ pronoibus poſſeſſiuis iungũtur hac dr̃ia ꝙ gtis primitiuorũ adiũcta: paſſiuã hñt ſignificantiã: poſſeſſiuis aũt addita actiuã: qualia ſunt amor: odiũ: faſtidiũ: copia: vtilitas: vſus: memoria: ⁊ ſilia vt amor me⁹ quo ego amo: amor mei q̃ hr̃ đ me. Oui. vror amore mei. Uer. Uict⁹ amore tui cognato ſanguine vict⁹. Sic odiũ meũ qđ in alterũ habeo: odiũ mei qđ qs hʒ i me Memoria mea: quã de aliqua re habes: memoria mei q̃ hr̃ de me. Deniq aliqua et gtis primitiuorũ ⁊ poſſeſſiuis pronoibus differenter iungunt̃ nõ eadẽ qua prece‑dẽtes dictiones dr̃ia lʒ altera ꝙ.ſ. cũ gtis primitiuorũ adiũcta partẽ integralem vel aliud q̃ppiã eſſentiale rei ſignificãte p illũ gtm̃ ꝓnois importãt. At cũ poſſeſ‑ſiuis adiũcta partẽ poſſeſſionis aut q̃cq extrinſecã habitudinẽ ad rẽ ꝓnoi demõ‑ſtratã retinẽtes ſignificãt qualia ſunt dimidiũ mediũ mẽbrũ qđ aliquid multum vt pars mea.i. a me poſſeſſa: pars mei.i. corporis dimidiũ meum: quod poſſideo

dimidiũ mei.i.medietas corporis:quare nihil tui habẽs bene aliquid tuũ habeo.

¶ Preceptũ.clxxiiij.De differentia inter gtõs primitiui ⁊ poſſeſſiui.

litere ſcripte ſunt:recte reſpondebit᷑ kal.iañ vel quarto nonas iañ.perinde atq; de
bite reſpondetur prima die ianuarij:ſecũda die ianuarij. Cur vero in ſc̃do loquẽdi
modo hec nomina numeralia potius in ſingulari q̃ plurali numero: potius item
in maſculino q̃ alio quouis genere ⁊ kalendas nonas ⁊ idus in actõ ponant᷑: hãc
arbitror eſſe rationem:q; hec nomina numeralia ordinẽ ſignificant cuiuſq; diei ad
ipſum diem kalendarũ nonarum ⁊ iduũ denotant quotus eſt quiſq; dies añ diem
kalendarũ nonarum ⁊ iduum quare illis adiectiuis nominibus numerũ ordinis
exprimentibus hoc ſubſtãtiuum die ſuppreſſe additũ eſſe intelligitur quo cum ta-
le adiectiuum in debitis accidentibus grammaticalibus debet conuenire. Subau
ditur preterea prepoſitio antecedens habẽs pro ſuo caſuali hec nomina kalẽdas
nonas ⁊ idus ob hoc in actõ collocãda:vt ſi quis dicat quarto idus ianuarij trun-
cata eſt oratio ⁊ implicita:ſic explicãda eſt:quarto die ante idus ianuarij: ſic quar-
to nonas ianuarij.i.quarto die ante nonas:pridie kalendas ianuarij .i. priori die
ante kalendas:⁊ ita in reliquis. ¶ Tertia regula eſt in connumerandis modo qui
dictus eſt diebus dies kalẽdarum nonarũ ⁊ iduũ debet conumerari:vt cũ dicimus
ianuarium habere quatuor nonas intelligendũ eſt ipſum diẽ nonarum eſſe vnum
illarum. Et cum iterum dicimus ianuariũ ſicut ⁊ ceteros menſes habere octo id⁹:
dies iduum vnus de illorum numero intelligi debet. Deniq; cum dicimus ianua-
rium habere.xix.kalendas intelligitur hoc cõnumerato primo ianuarij die qui ka
lendarũ dies eſt:⁊ ita de ceteris menſibus dicendũ eſt. Si eñ nõ cõnumeretur dies
kalendarum nonarũ ⁊ iduum:ſed circa illos ſiſteretur numeratio nõ perueniret
ad conſtitutum numerum dierum:ſed inſuper minor eſſet numerus q̃ poſitus:vt
dempto nonarum ianuarij die non eſſent niſi tres dies nonarum:die iduum remo
to non eſſent niſi ſeptem dies iduum ⁊ die kalendarum ianuarij non connumera-
to tantum eſſent.xviij.illius menſis kalende. Et ſicut hec regula in cõnumeratio
ne facta per numerum ordinalem declarata eſt:ita in numero ordinali etiam ha-
bet veritatem:vt cum dicimus quarto nonas ianuarij intelligitur connumeratio
nonarum die quo ſecluſo ſecundus dies ianuarij non eſſet ab eo quartus:ſed tan-
tum tertius. Ita cum dicim⁹ octauo idus ianuarij id eſt octauo die ante id⁹. Iduũ
dies vnus in eo ordine ponitur:quem ſi ſecluſum intellexeris tunc ſextus ianua-
rij dies:cui octauo idus inſcribendus eſt ſolum ſeptimus eſſet a decimotertio die
qui eſt idus ianuarij. Cum itidem dicimus decimonono kal.ianuarij primũ ianua
rij diẽ(que ſunt kalende)in eo ordine connumerandũ eſſe intelligere debem⁹ quem
ſi excludimus:tunc decimuſquartus dies decembris:hic enim decimonono kalen.
ianuarij nũcupandus eſt ſolũ eſſe decim⁹ octauus a prima die ianuarij. Et hoc p̃s

cto de ceteris oſtēde. ¶Quarta regula in Kal.nonarū ⁊ iduū annumeratiōe ordi
ne prepoſtero vtēdū eſt a poſterioribꝰ ad priora ꝓcedēdū.Uñ ſi naturalē dierum
ordinē ⁊ ſitū ſeruare volumꝰ a capite.ſ.mēſis ꝯtinua ſerie ad finē verſus ꝓcedēdo
vtemur prepoſtero ordine numeri ordinalis explicādis dierūꝗ ordinē ad kal. no=
nas vel idus:⁊ priores dies poſteriore maioreqꝫ nūero nominabimꝰ: poſteriores
ꝓo minore:ſic ꝙ ꝗtū in dierū ſerie ꝓcedimꝰ tm̄ decreſcat numerꝰ ille ordinalis in
principio ꝗdē nūerationis maximꝰ:in fine vera minimꝰ.Et hoc pacto auctor ꝑpo=
ſterū ordinē ſumit:vt eiꝰ exēplo apte cōſtat:vt exēpli grā ſcḋs dies ianuarij eſt ꝗr=
to nonas ianuarij:tertius tertio nonas iañ.quartꝰ pridie nonas iañ. ⁊ quintꝰ no
nas iañ.ſextꝰ otio idꝰ iañ.ſeptimꝰ ſeptimꝰ idus iañ.octauus dies iañ.ſexto idus:
nonꝰ quinto idus:decimus ꝗrto idus.vndecimꝰ tertio idus.⁊.xij.pridie idus.xiij.
aūt idus ianuarij nūcupaꝵ.Ibi facile eſt videre ꝙ ꝗtū eſt dierū naturali ſerie ſum
ptorū cremētū tm̄ eſt numeri denoiantis decremētū.Si vero naturalē numeri de
nominātis ordinē ſeruare volumꝰ a minori ad maiorē ꝓcedēdo:vtemur prepoſte=
ro dierū mēſis ordine:⁊ a poſterioribꝰ in medio aut fine cōſtitutis diebus: ad mē=
ſis principium numerādo reuertemur:vt quintꝰ dies iañ.none ſunt eiuſdē quar=
tus pridie nonas:tertius tertio nonas.ſcḋs.quarto nonas.Sic decimuſtertius ia=
nuarij ſunt idus eiuſdē.xij.pridie.xi.tertio idus.x.quarto idus.ix.quīto idus.viij.
ſexto idus.vij.ſeptimo idus:⁊.vi.octauo idus.Hic naturalis numeri denominātis
ſeruata eſt ſeries a minori:ſcꝫ ad maiorē cōtinue ꝓcedēdo.ſed dierū menſis ordo
cōuerſus eſt:qḋ liquido manifeſtat eorū numerꝰ ordinalis:quo ad primum mēſis
diē cōparati denoiaꝵ.Nēpe hic nūerꝰ ꝯuerſo ordine explicatꝰ eſt ⁊ maior ante mi
norē noiatus immo conuerſa ſerie cōtinue ſeruata a maiori paulatim ad continue
minorē proceſſit vñ facile eſt cognoſcere naturalē numerū ordinalē dierū eſſe oppo
ſitū numero de noianti dies kal.nonaꝝ ⁊ iduū:⁊ cū hic recto ordine ꝓcedit:ille fit
prepoſterus:⁊ cū ille recta ſerie incedit:hic ordinē cōuertit permutatqꝫ. Et lꝫ hanc
ordinis conuerſionē nō tetigerit auctor tñ cognitu neceſſaria eſt; preſertim his ꝗ
primū hac arte imbuunꝵ:nec aſſidua exercitatione cognoſcūt quotꝰ eſt quiſqꝫ dies
pro arbitrio ſumēdus a die kalēdarū nonarū ⁊ iduum:niſi a kalendis nonis aut
idibꝰ numerationis principiū auſpicati fuerint ⁊ cōtinue progreſſione ad illū da
tus eſt veniētes tādē eius ad kalēdas nonas ⁊ idꝰ ordinē ⁊ interuallū cognoſcūt:
vt ꝗs nō tritꝰ ex tp̄e dicere neſciret quō noiandus eſt octauus dies ianuarij: niſi a
decimotertio qui iduum dies eſt incipiēs ſupputat idus: pridie idus ſuper duode
cimū diē:tertio idus ſuper vndecimū;quarto idus ſuper decimū; quinto idus ſu=
per nonū;⁊ ſexto idus ſuper octauū ⁊ tali numeratione facta cognoſceret prefixū
diem nūcupādū eſſe:ſexto idus ianuarij:qḋ prius in prōptu ignorauit. Prior au=
tē modus longo vſu peritis accōmodādus eſt ꝗ ex diurna aſſuetudine cognoſcūt
qualis cuiqꝫ diei deno atio attribui dꝫ.Et ergo hūc i poſterioribꝰ regulis ſeruādū
eſſe diximꝰ. Nūc quot quiſqꝫ mēſis habet nonas ⁊ idus:quot dies ab illis denoia=
tos dictū eſt;supereſt oſtēdere quot dies a kalēdis denoiatos habeāt; differre em̄
ex ſcḋa patet regula denoiatio kalendarū a denoiatione nonarū ⁊ iduum : ꝙ dies
qui denominantur none vel idus illius mēſis cuius ſunt dies none ⁊ idus vocan
tur; vt in ianuario dies nonarū ⁊ idus nominatione vocati ſunt dies nonarum et
iduum ianuarij.Sed dies qui noie kalēdarum cēſenꝵ nō ſunt illius mēſis in quo
ſunt kalende:niſi primus cuiuſcūqꝫ mēſis dies.Nam reliqui dies poſt idus cuiuſ=
qꝫ mēſis ſunt dies kalendarū mēſis ſequentis:vt ceteri dies poſt idꝰ ianuarij ſunt
kalendarum februarij nomine ⁊ ordine denominādi:⁊ ita in ceteris. Quare ad co
gnoſcendum quot dies kalendarū nomine in vnoquoqꝫ menſe vocandi ſunt. Hec
regula notanda eſt quinta in ordine. ¶Quinta regula Menſium kalende ſecun=
dum numerum nonarū precedentis menſis ⁊ ſm̄ numerū dierū precedētis mēſis
variātur. Ad quā intelligendā operepreciū eſt cognoſcere ꝙ ſeptē menſes vnius ⁊
triginta dierum ſpatium complent:ſcilicet Januarius:martius:mayus:iunius:
auguſtus:october;december.Quatuor ſunt menſes triginta dierum.ſ.aprilis:Iu=

nius.Septēber.Nouember.Solus februarius hꝫ octo ⁊ viginti:cum non fuerit an
nus biſſextilis.In anno autē biſſextili(hoc eſt trecētoꝝ ⁊ ſexaginta ſex dierū)cum
liter diui petri ⁊ mathie apoſtoloꝝ die feſtos duos dies intercedūt medij (qđ q̄rto
q̄ꝫ anno cōtingere debere aſtronomica ratione exploratū eſt)Februarius hꝫ. xxix.
dies.hec itaqꝫ qnita rl'a q̄tuor regulis(vt clariora ſint omnia)manifeſtabit.¶ Pria
regula eſt cū mēſis p̄cedēs hꝫ q̄tuor nonas ⁊ vnū ⁊ triginta dies: tunc ſequens ha
bet nouēdecim kalēdaꝝ dies.Nā poſt decimūtertiū q̄ eſt dies iduū:ſemper ſunt ī
eo mēſe octodecim dies.Nā tredecim ⁊ octodecim cōficiūt triginta vnū:qb⁹ adij=
tiat primus dies mēſis ſequētis q̄ dies kalendarū etiā cōnumerādus ē,ꝑ tertiā re
gulā reſultāt.xix.dies. Quo fit vt Januari⁹:februari⁹:ſeptēber:⁊ decēber nouēde
ci habeāt dies kalēdaꝝ:cū decēber Januari⁹ auguſt⁹ ⁊ nouēber:q̄tuor nonas habe
ant ⁊ vnū ⁊ triginta dies.Decimuſquartus ergo decēbris dies vocatur decimono
kal.ianuarij decimuſquintus decimo octano kal.Januarij:decimuſſextus decimo
ſeptimo kalendas:decimuſſeptimus decimoſexto kal.decimuſoctauus decimoqui
to:decimuſnonns decimoquarto.kalendas.vigeſimus decimotertio kalēdas. xxi.
duodecimo:vigeſimuſſecundus decembris vndecimo kal.ianuarij. xxiij. decimo
kalendas.xxiiij.nono kalendas.vigeſimuſquintus octauo kalendas :vigeſimuſ=
ſextus ſeptimo.xxvij.ſexto.xxviij.quinto vigeſinonus quarto :trigeſimus decem=
bris tertio kalendas.ianuarij:trigeſimuſprim⁹ ⁊ vltimus decēbris dies p̄die kal.
ianuarij prim⁹ autem ianuarij dies kalende eiuſdem menſis ſunt. ¶ Secunda re=
gula eſt quando menſis precedens habet ſex nonas.⁊.xxx.dies:tunc ſequens habꝫ
xvij.kalēdarū dies.nā poſt decimūquintū(q̄ dies eſt iduū)ſuperſunt in eo menſe.
xvj.dies. Nēpe.xv.⁊.xvj.cōficiūt.xxxj.Illiſqꝫ addat primus dies vt mēſis proxime
ſequētis kalēdaꝝ dies ē.cōſurgētqꝫ.xvij.dies kalendaꝝ.Quo fit vt aprilis:iunius
auguſtus:⁊ nouember.xvij.kalendas habeant.Nam precedentes proxime mēſes
ſcꝫ martius:mayus.iulius october:ſex habent nonas:⁊.xxxj.dies:vt decimuſſext⁹
maij eſt decimoſeptimo kal.iunij.decimuſſeptim⁹ decimoſexto kalēdas iunij.deci=
muſoctauus.decimoquinto.decimuſnonus.decimo quarto.vigeſimus :decimoter
tio.xxvij.maij duodecimo kalendas iunij:vigeſimuſſecundus vndecimo kalendas
vigeſimuſtertius:decimo kalen.vigeſimuſquartus nono.vigeſimuſquintus octauo
kalendas:vigeſimuſſextus ſeptimo:vigeſimuſſeptimus ſexto kalendas:vigeſimuſ
octauus quinto kalendas: vigeſimuſnonus quarto kalendas.trigeſimus tertio
kalendas iunij.trigeſimuſprimus ⁊ vltimus dies maij pridie kalendas iunij.De
niqꝫ primus dies iunij ſue ſunt kalende.Hoc itidem in martio deducit anthor.

¶ Tertia regula eſt qn̄ mēſis p̄cedēs hꝫ triginta dies tūc ſequēs hꝫ.xviij.kal. Cū
em̄ oēs mēſes qui triginta dieb⁹ conficiunt quatuor tm̄ habeāt nonas:poſt trede=
cimū diē qui eſt dies iduū reſtant.xvij. Nēpe.xiij.⁊.xvij.faciūt triginta.Illiſqꝫ adij
ciatur primus dies menſis ſequentis poſtremus kalendarū dies conſurgūt .xviij.
dies kalendarū.Vn̄ patet maiū:iuliū:⁊ octobrē habere.xviij.kal.Nam aprilis: iu=
nius:⁊ ſemper hn̄t triginta dies.Ergo decimuſquartus aprilis erit decimooctauo
kalendas maij decimuſquintus.decimoſeptimo:decimuſſextus decimoſexto.deci=
muſſeptimus decimoquinto .decimuſoctau⁹ decimoquarto :decimuſnonus deci=
motertio.vigeſimus duodecimo.xxj.vndecimo. vigeſimuſſecundus decimo. vige=
ſimuſtertius nono.vigeſimuſquartus octauo.vigeſimuſquintus ſeptimo .vigeſi=
muſſextus ſexto.vigeſimuſſeptimus quinto.vigeſimuſoctauus quarto.vigeſimuſ=
nonus tertio.trigeſimus ⁊ poſtremus dies aprilis pridie kalendas maij.At prim⁹
dies maij kalende erūt maij.¶ Quarta regula eſt qn̄ mēſis p̄cedens.hꝫ.xxviij.dies
tūc ſequēs hꝫ.xvj.kal.Et cū in eodem ſunt.xxix.dies(vt in anno biſſextili)ſequens
mēſis hꝫ.xviij.kal.Nā poſt tredecimū q̄ eſt dies iduū menſis precedentis in anno
non biſſextili reſtāt.xv.dies.cū.xiij.⁊.xv.faciant.xxviij.adiectoqꝫ primo die menſis
ſequētis ſunt.xvj.dies:kal.¶ In anno vero biſſextili poſt tredecimum diem ſuper=
ſunt.xvj.dies huiuſce menſis.cum.xiij.⁊.xvj.conſtituunt.xxix.quibus adiectus ...

kalendarũ pficit numerũ.xvj.kalendarũ:hinc manifeſtũ eſt ꝙ ſicut numer⁹ dierũ in februario vari⁹eſt:nã is ſolus hʒ.xxviij.dies:ita quoꝗ τ martij kalende variantur:nã modo.xvj.ſunt dies kalendarũ martij vt anno nõ exiſtente biſſextili modo xvij.vt anno currente biſſextili pro varietate numeri dierũ februarij. Quare decimusquartus dies februarij modo annus non ſit biſſextilis:erit decimoſexto kalendas martij decimusquintus:decimo quinto:decimuſſextus decimo quarto:decimuſſeptimus decimotertio:decimuſoctauus duodecimo:decimuſnonus vndecimo xx.decimo kalendas martij. vigeſimuſprimus nono:vigeſimuſſecundus octauo:vigeſimuſtertius februarij ſeptimo kalendas martij. vigeſimuſquartus ſexto.vigeſimuſquintus quinto:vigeſimuſſextus quarto.vigeſimuſſeptimus tertio:vigeſimuſoctauus.τ vltim⁹ dies februarij pridie kalendas martij:τ prim⁹ dies martij kalende ſunt martij. Cum autem annus eſt biſſextilis:tunc decimuſquartus dies februarij erit decimoſeptimo kalendas martij:τ hoc pacto conſequenter.

¶ Preceptum.cxxj.pridie kalendas:pridie nonas:pridie idus.

¶ Pridie autẽ kalendas:pridie nonas:pridie idus:ſignificat qd vetuſtiſſimi dicebãt die pſtini:p aduerbio die priſtino.Et ſic peruenuſto more die craſtini τ die qnti: τ die quinto ſimiliter p aduerbio.Uerum nos priſcam nimis τ horridiorẽ vetuſtatem vbiꝗ fugere ac vitare debem⁹:ac bene τ pclare Ceſar pcipere ſolebat tanꝙ ſcopulũ ſic fugiendũ eſſe inauditũ atꝗ inſolẽs verbũ.Pro genitiuis autẽ meliꝰ rectius poſſeſſiua noia finxerimus:vt pro kalendis martij.ſic venuſtius dixerim⁹ kalẽdas martias τ ita aprilis:mayas:iunias:iulias:aut quītiles auguſtas ſeu ſextiles:ſeptẽbrias:τ ita ianuarias τ februarias.Quod autẽ in kalẽdis:nonis:τ idib⁹ ablatiuo caſu iungimus:idẽ poſſumus in actm̃ trãſferre τ ad preponere ſed ad ſignificat tempus fere diuturnũ:vt ad decimum kalendarum februarij dediſti ad me literas.ego vero ad octauum idus ianuarias ad te ſcripſeram.habet em̃ vim temporis vehementiorem hoc poſterius.

¶ Diem proxime precedentem kalendas nonas τ idus:non licet notare ſcdo kalendas:ſcdo nonas:ſcdo idus:nã ſcdm(cum a ſequor deducatur)eſt qd alterũ ſequitur quare ſcdo kalendas eſt dies ſequẽs kalendas.ſcdo nonas:dies ſequẽs nonas:τ ſcdo idus:dies ſequens idus.Loco igitur huius nominis ſcdo vtimur hoc aduerbio pridie quod ſigt priori die.vt pcepto.cxxvij.declaratum eſt.Ultim⁹ ergo cuiuſꝗ menſis dies eſt pridie.kal.mẽſis pxime ſequẽtis.In menſibus quatuor nonas habentibus quartus dies eſt pridie nonas:τ duodecimus pridie idus.In hñtib⁹ aũt ſex nonas:ſextus dies pridie nonas dicitur:τ decimuſquart⁹ pridie id⁹.Sic dies proxime ſequens.kal.nonas τ idus vocari poteſt poſtridie kalendas nonas τ id⁹ Utebantur antiqui aduerbio proximi loco aduerbij pridie his aduerbis quinti:ſexti:craſtini loco adiectiuorum.Sed iam aduerbia ab vſu receſſerunt:verba autẽ vſitata amplecti:inuſitata vero nos fugere debere tum ceſar tum Aulus Gellius admonet libro decimo.capite ſeptimo dicens.Uerbis vti aut nimis abſoletiſꝗ exculcatiſꝗ aut inſolentibus nouitatiſꝗ dure par eſſe delictum videtur:concludens ibidem verbis antiquiſſimis relictiſꝗ τ deſitis(que aures vix per inſolentiam poſſent)minime vtendum eſſe.

¶ Denique ponũtur ab authore duo documẽta. Primũ loco noiʒ ſubſtãtiuoꝝ mẽſes ſignificantiũ elegãti⁹ vtimur adiectiuis ab eis formatis:vt ſcriptũ kal.ianuarijs. pro ianuarij.pridie nonas februarias:idelt februarij.martias pro martij.apriles pro aprilis.maias pro maij.iunias pro iunij:iulias pro iulij:vel quintiles quo

nomine primum ille menſis vocatus eſt:quaſi quintus a martio.Deinde a ſenatuſ conſulto Julius dictus a Julio Ceſare:inclyto romanorum imperatore.Sic Auguſtus dicemus pro auguſti.Siue ſextiles pro ſextilis:quo nomine primum menſis ille dictus fuit ꝙ a martio eſſet ſextus in ordine menſium.Deinde a Ceſare auguſto dictus eſt auguſtus quo ipſius de republica romana benemeriti perpetua eſſet apud poſteros cum menſe memoria ſeptembres vel ſeptẽbrias pro ſeptẽbris octobres vel octobrias pro octobris:nouembres vel nouembrias pro nouembris: decẽbres vel decembrias pro decembris. Nam a quatuor poſtremoꝝ menſiũ nominibꝰ ſubſtantiuis duplicia formantur adiectiua ſcilicet tertie declinationis in er vel in is exeũtia:⁊ ſecũde declinationis in us.❡Secundũ documentũ eſt ꝙ numerũ quẽ interdũ in ablatiuo ſine ꝓpoſitione ponimus poſſumus ⁊ in accuſatiuo ponere adiuncta prepoſitione ad ceteris non mutatis.vt decimo kalendas martias ad te literas dedi:ſic eleganter dicitur.Ad decimũ kalendas martias tertio nonas:vel ad tertium nonas quarto idus:vel ad quartũ idus ſine diſcrimine aliquo. Cicero ad ſeruium ſulpitium.Ad tertiũ kalendas maias cum eſſem in cumano accepi tuas literas.Et in compluribus locis epiſtolarum eodem loquendi genere Cicero ſepenumero vtitur.

❡Nec igitur plura ſcribam:hec mihi ſeſe in preſentiarum obtulerunt que a annotatu digniora viſa ſunt:queq; tibi multo plus fortaſſe conducent q̃ eorum preceptiones qui eaſdem et epiſtolis ⁊ orationibus tribuunt partes.Quorum penitus eripiendus eſt error:atq; ita ſentiendũ eſt:vt in literis ipſis cõcinne diluciděq; a te perſcribamus:ac noſtram ſententiam atq; mentem q̃ commodiſſime apperiamus cum hec diligenter tenueris infinito plene harum rerum numero:alia quedã non minus fortaſſe vtilia:ſed multo grauiora ſubnectam.Quãobrem(vt facis)cupidiſſime ſtudia literarum complectere atq; ea que indies aſſequeris ad exercitationem accommoda.

❡Per oratio eſt qua opus perfectum ſignificat ut in fine eius adiecta oratio ee ea opus abſolutum completumq; claudere ſolet.❡Oratio ſm artem rhetoricam ex quinq; potiſſimum partibus conſtat:exordio:narratione:diuiſione:confirmatione:confutatione:quibus ſexta additur pars:ſcilicet concluſio. Et has omnes partes in epiſtolis ſeruandis eſſe nonnulli contendũt:⁊ docent quos merito reprehẽdit autor tanq̃ ignaros.Quid inter orationem ⁊ epiſtolã interſit.Siquidem debet epiſtola eſſe breuis multamq; paucis complecti ſententiam ne prolixitate faſtidiũ ingerat debet eſſe clara et dilucidis explicata ſententijs:vt lecte clauſule ſententia protinus ſe offerat legentis animo ſine repetita lectione.Non paruo igitur errore ducuntur qui epiſtolas verborum embagibus ita inuoluunt vt ne ſpingis quidẽ domitor edippus illa enodare poſſet:perſuaſum habentes tum demum recte ſcribere cum vix intelligendas ſcribunt epiſtolas.Debet poſtremo epiſtola elegantie floſculis eſſe reſperſa:vt ſuus cuiq; ſententie ſit decor:ſua cuiq; orationi venuſtas ex his preceptis ſumpta nulli tamen pro futuris niſi frequens aſſit exercitatio. Sane hanc elocutionis artem(vt ait Cicero)adipiſcemur ſi prepoſitionis rationem diligentia conſequamur exercitationis.Et ſiquidem prima eſt artis omnis magiſtra.

❡Finis explicationum in Auguſtinum Dathum.

¶ Triginta regularum Franciſci Nigri Prima.



Elegantia eſt venuſta verborum concinnitas dulcem auribus ſonum afferēs. Cuius quidē generales regule ſunt triginta.

¶ Prima regula.

¶ Laudabitur illa oratio que obliqua dicitur ⁊ a poſteriorib⁹ incipiens dictionibus in verbum ſepius q̄ in aliam orationis partē finiat: vt Ceſar adeptus eſt monarchiā imperij ſummis viribus: quod elegantius dicitur: ſummis viribus imperij monarchiam Ceſar adeptus eſt.

¶ In triginta regulas elegantiarum Franciſci Nigri Jodoci Clicthouei neoportuenſis cōmentarius.

¶ Sicut in corpore debita mēbrorū protractio ad inuicē vt vnū alteri apte reſpondeat aliorūq; ornatus ⁊ decentior cultus elegantia eſt ſic in oratione pulchra dictionum adinuicē ordinatio: ⁊ vniuſcuiuſq; ſuo loco apta collocatio elegantia dicitur. Et ſicut concordantibus neruis cythara dulci modulatione perſonat: ⁊ audientium animos magna capit dulcedine. Sic oratio elegans et culta permulcet audientes ⁊ gratiſſime illorum illabitur auribus. Ad orationis ergo elegantiam recta cuiuſq; dictionis conſtructio requiritur ſicut ad placidam modulationem chordarum omnium concordia: quod Quintilianus teſtatur libro ſecūdo de inſtitutione oratoria. Sicut cythara (inquit) ita oratio perfecta non eſt niſi ab imo ad ſummum omnibus intentas neruis cōſentiat. Idem in nono. Feliciſſimus ſermo eſt cui et rectus ordo ⁊ apta iunctura et cum his numerus oportune cadens contingit. Proinde ad cognoſcendum dictionum in oratione aptiorem ſitum triginta notāde ſunt regule. Quarū prima eſt eadē cū ſecūdo precepto Auguſtini prius poſito. Oratio quidā obliqua dicitur in qua obliqui primū ſibi locū vendicant rectis prepoſitis eque in conſtructione poſteriora ſunt ſitu priora: que vero priora ꝯſtructione poſteriora in oratione collocent̄: vt virtus cōmēdat ſuos cultores magnis preconijs. Sic elegātius. Magnis preconijs ſuos cultores virtus cōmendat. Potius itidem verbo q̄ alia quacūq; dictione claudenda eſt oratio. Quinti. in. ix. Uerbo ſenſum claudere multo ſi cōpoſitio patiat̄ optimū eſt. In verbis em̄ ſermonis vis ineſt. Salluſtius. Cōcordia parue res creſcūt: diſcordia magne dilabūtur.

¶ Monarchia principatus vnius: et venit a monarcha monarche. quod eſt nomē grecum vnum principem latine ſignificat. De hac regula vide latius apud Auguſtinum precepto ſecundo.

¶ Secunda regula. De qua preceptis. iij. ⁊ vij.

¶ Commendabitur quoqꝫ oratio que dictionem habeat vniuerſalem affirmatiuam vel negatiuam in fine: vel aliquod inſigne nomen vel aduerbium. Exēplum primi. Omnes laudant ea que vir bonus facit. Quod venuſtius dicitur. Que vir bonus facit laudant omnes. Exemplum ſecundi. Ego neminem habeo quem magis diligam te. quod pulchrius dicitur. Quem te magis diligam habeo neminē Exemplū tertij. Egregia ſunt ea que ſcribis ad me quod cōcinnius eſt: que ad me ſcribis ſunt egregia. Exēplum quarti. Ego oīa diligēter perfeci que iuſſiſti mihi quod elegantius dr̄. Que mihi iuſſiſti perfeci oīa diligenter.

¶ Hec regula quadripertita eſt. prima pars. dictiones vniuerſales affirmatiue. vt. oīs ⁊ eius caſus elegāter in fine orationis ponunt̄: vt tuā virtutē mirantur oēs. Que mihi iuſſeris exequar oīa. Sc̄da dictiones vniuerſales negatiue: vt nemo: nihil: neſcio: ignoro nūqꝫ: nuſqꝫ. elegāter in fine orationis ponunt̄: vt me tui amātiorem habeo neminē. Virtute preclarius eſt nihil. Et hec pars ſeptimo Auguſtini precepto itidē declarata eſt. Tertia: nomen inſigne elegāter ponitur in fine orationis. Inſigne nomen dicitur quod excellentiam et eminentiam ſignificat: quale eſt preclarus: egregius: eximius: inſignis: nobilis: illuſtris: generoſus: preſtans: excellens: ingenuus: ⁊ conſimilia. Ut que Alexander ille magnus edidit opa ſunt preclara. Quis Iulij geſta negauerit eſſe eximia. Uirtutis precōia ſunt inſignia. Quarta aduerbia eleganter in fine ponūtur preſertim que qualitatem ſignificāt: vt diligēter vigilanter exacte accurate familiariter ⁊c. Id genus. Terē. faciam id quidem ſedulo. Idem. Reiecit ſeſe in eum flens ꝙ familiariter. Te multos annos vſus ſum familiariter. Aduerbia itidem ſuperlatiua in calce orationis apte locātur. vt tue voluntati parebo ꝙ libentiſſime. ¶ Plura de aduerbiorum ſitu tertio Auguſtini precepto requirenda ſunt.

¶ Tertia regula. De qua precepto. vj.

¶ Nomen adiectiuum elegātius ſubſtantiuo preponitur. vt virtus ſumma imperium magnum: conſiliū vtile. melius enim dicitur: ſummā virtus: magnum imperium: vtile conſilium et huiuſmodi.

¶ Hec regula ſexto Auguſtini p̄cepto ꝯſonat. Et de adiectiuis noīalib⁹ ꝓ noīalibus ⁊ participalib⁹ intelligēda tradit̄ nō minus in carmine ꝙ i proſa: vt ſincerus amor: ſumma beniuolētia laudata virt⁹ creſcit. Quintilianus in. xij. Nihil eſt tam occupatum. tam multiforme tot ac tā varijs affectib⁹ cōciſum atqꝫ laceratum ꝙ mala mens. Quis inter hec literis aut vlli bone arti cultus. Nō hercle magis ꝙ frugibus in terra ſentibus ac rubis occupata.

¶ Quarta regula. de qua preceptis. iiij. ⁊ v.

¶ Inter adiectiuū ⁊ ſubſtantiuū ſemꝑ aliquid eſt interponendū. vt maxima virt⁹ Ceſaris ſumma laude ſemꝑ extollenda eſt. qđ elegantius dr̄. maxima Ceſaris virtu ſumma ſemꝑ laude extollenda eſt.

¶ Hec regula hꝫ quatuor partes. Prima inter adiectiuū ⁊ ſubſtātiuū venuſte ponitur gt̄is aut alius caſus ab adiectiuo aut ſubſtātiuo rectus. vt magna virtutis claritas mirū in modū relucet. Sc̄da inter adiectiuū ⁊ ſubſtantiuū in gtō caſu poſita elegāter ponitur gt̄is vel alius caſus regēs illius ſubſtātiui. vt tui beniuolē

tiā animi haud ſatis laudare poſſem. Magne virū ſapiētie cōmēdare ſolent oēs. Et has duas partes quintū Auguſtini preceptū explicuit. Tertia eſt inter adiectiuum ⁊ ſubſtātiuū eleganter ponitur prepoſitio (cuius ſubſtantiuum eſt caſuale) aut cū ſuo caſuali interſerit: vt tuā ꝓpter iniq̄tatē magnū in oēs amorē oſtendis. Summa in deū religio obſeruāda eſt. Et hāc partē quarto precepto Auguſtinus tradit. Quarta pars inter adiectiuū ⁊ ſubſtātiuū elegāter intercedit ꝓnomē verbū aduerbiū: aut altera a ſupradictis pars orationis vt ꝑpetuo tibi obſequio deuinctus ſum. Modeſto eſt ingenio: q̄ laudare magis ꝙ laudari petit. Magno vir̄ honore dignus q̄ honorē paruifecit. Quinti. in. x. Pigri eſt ingenij ꝯtētum eſſe his que ſunt ab alijs inuēta. Idē in. xij. Breuis eſt inſtitutio vite honeſte beateq̃ ſi credas: natura eſt nos ad mētē optimā genuit. adeo diſcere meliora volētibꝰ ꝓ̄ptū eſt vt vere intuenti mirū ſi illud magis malos eſſe iam multo.

¶ Quinta regula cuius parū meminit.

¶ Quotieſcūq̃ ab appoſito alicuiꝰ ꝟbi ſecūdarij oratio īcipit qđ ſubito relatiuū ſequat: elegātius inter relatiuū ⁊ aīs ſecūdarium ꝟbum ponitur: vt Cneum pompeiū qui romanoꝝ auxit imperiū: ſummopere diligo. venuſtius eñ dr̄. Eneū pompeiū ſummopere diligo: qui romanoꝝ imperium auxit.

¶ Appoſitū eſt obliquus poſt verbū rectus a quo incipere dr̄ orō: cū in principio orationis nullo p̄cedēte ponit ⁊ illud frequētius eſt aīs. Verbū autē ſecūdarium eſt qđ ſcđm in oratione inter verba locū h3 ⁊ tale ꝟbū eſt a quo obliquus ille in principio orationis poſitꝰ regit quare nō immerito aīs ꝟbū appellat. Verbū autē primariū eſt ante qđ nullū aliqđ ponit verbū quaſi primū locū obtinēs: ⁊ tale in oratione prima nō elegātie verbū relatiui. Dicit ergo regula ꝙ q̄n oratio incipit ab aīte obliquđ recto a ꝟbo alterū ꝟboꝝ ſequēte ⁊ poſt talem obliquū immediate ſequitur relatiuū cum ſuo ꝟbo quaſi parentheſi incluſum elegāter ꝟbum ſecūdariū ponit inter obliquum illum et relatiuū ſitq̃ verbū primariū: ⁊ verbum relatiui ſit ſecūdarium: vt amicitiā (que ſummū eſt inter homines bonū) īprimis laudo. Elegantius dr̄. Amicitiam imprimis laudo que ſummū eſt inter hoīes bonum. Ibi verborum ſitus mutatus eſt.

¶ Sexta regula. de qua precepto. xi.

¶ Si fuerit relatiuū in obliquo caſu poſitū: venuſtius antecedens in relatiui caſu poſitū poſtponet. vt virtutes quibꝰ ab ineūte etate ſtuduiſti immortalitati nomē tuū cōmendabūt: qđ elegātius dr̄ quibꝰ virtutibꝰ ab ineūte etate ſtuduiſti nomen tuū commendabūt.

¶ Hec regula vndecima Auguſtini precepto rn̄det: doceteq̃ cū oratio ab aīte nti caſus incipit ꝟbi adiectiui in calce orōnis poſiti ſuppoſito vel ſubſtātiuo et poſt aīs ponatur relatiuū in obliquo ꝙ elegantius aīs mutatur in eūdem obliquum caſum cum ſuo relatiuo. ꝙuis tn̄c cū adiectiuo aut verbo poſtremo diſſidere videatur. Et l3 illud aīs mutatum in caſum relatiui preponi poſſet. Teren. Eunuchum quem dediſti nobis quas turbas fecit. elegantius tamen poſtponit antecedens ſuo relatiuo. Et hec regula preſertim locū habet in hoc relatiuo qui que qđ vtlitere quas ad me dediſti fuerūt gratiſſime. Sic elegantius dicit: quas ad me literas dediſti fuerūt gratiſſime.

¶ Septima regula: cuius meminit precepto. x.

¶ Quando eſt aliquod ſubſtantiuum cum prepoſitione aliqua iunctum quod ſit de natura precedentis vel ſubſequentis clauſule prepoſitionem in relatiuū verbum ſubſtantiuum adiungimus vt pro tua humanitate multa in me beneficia cō

tuliſti:quod elegantius dicitur:que tua humanitas eſt:multa in me beneficia cõtuliſti:ꝛ ſic in ceteris.

¶ Si nomẽ ſubſtãtiuũ actĩ vel ablĩ caſus ponaꝛ cũ prepoſitione potiſſimum cum iſtis ob ꝓpter ſcõm pro ꝛ ſimilibus elegantius mutaꝛ illa prepoſitio in relatiuum qui q̃ quod nominatiui caſus eiuſdẽ numeri ꝛ generis cũ noie ſubſtãtiuo. caſualꝫ ꝓpoſitionis:ꝛ illud nomẽ ſubſtãtiuũ etiã in ntm̃ trãſferri debet:vt relatiuo in genere numero ꝛ perſona reſpõdeat.deniq̃ adiñgendũ eſt verbum ſubſtantiuũ ſum es eſt.cuius hoc ſubſtantiuũ erit ſuppoſitũ. vt ſm benignitatẽ ſuam chriſtus nos redemit:ſic elegãtius dꝛ. Que ſua benignitas eſt chriſtus nos redemit. Sic ꝑ mea in te beneuolentia hoc te munere donare volo. Sic elegãtius dicitur. que mea in te beneuolentia hoc te munere donare volo.

¶ Octaua regula cuius non meminit.

¶ Sepius relatiuũ qđ vbo primari o additũ eſt:ad ſecundariũ trãſferimꝰ. vt Cicero qui eloquẽtiſſimus fuit ceteris oratoribꝰ in dicẽdo preſtitit:quod elegãtius dicemus. Cicero eloquẽtiſſimus fuit:q̃ ceteris oratoribus in dicendo preſtitit.

¶ Añs ꝛ rl̃m cũ diuerſis vbis cõſtrui debere aut eodẽ geminato notũ eſt cũ ergo relatiuũ additur verbo primario.i.primo loco poſito ꝛ antecedẽs verbo ſecundario ꝛ ſcõm verborum locum ſortito elegantius relatiuum ad verbũ ſcõariũ trãſfertur ꝛ antecedens ad primariũ:vt qđ prius fuerat verbum relatiui fiet vbũ antecedẽtis:ꝛ verbũ antecedẽtis fiet verbum relatiui:vt Vergi. poetaꝝ doctiſſimus fuit qui ceteros poetas carmine antecellit:ſic elegãtius dꝛ. Verg. poetarũ doctiſſimus fuit:qui ceteros poetas carmine antecellit. Ibi vba eodeꝫ ſuo ſeruato ſitu ſua ſuppoſita permutant in quinta quidẽ regula añs ꝛ relatiuũ ſua ſeruabãt vba verboꝝ tñ ordo mutatꝰ eſt:hic vo cõtra idẽ ordo verboꝝ ſeruatus eſt: ſed adiuncta eoꝝ ſcꝫ antecedẽs ꝛ relatiuũ variata ſunt. Nempe verbum antecedentis cũ relatiuo ꝛ verbum relatiui cum antecedente poſterius iungitur.

¶ Nona regula que ſuperſedetur.

¶ Si aliqđ habuerimꝰ vel nomẽ vel aduerbiũ inſigne elegantius illud cũ quidẽ vel idẽ pro noie poſtponemꝰ. Exemplũ primi. vt Marcꝰ Tulliꝰ orator ſingularis fuit:qđ venuſtius dicitur. Marcus Tullius orator fuit ꝛ quidẽ ſingularis. Exemplum ſecundi;que mihi iuſſiſti omnia libenter perfeci:quod elegantius dicitur:q̃ mihi iuſſiſti omnia perfeci ꝛ quidem libenter.

¶ Duabꝰ partibꝰ hec regula partita eſt. Prima eſt ꝙ adiectiuũ inſigne ꝛ excellentiã denotãs elegãter ſuo ſubſtãtiuo poſtponiꝛ cũ ꝓnoie idẽ hic vel is vel cũ cõiunctione quidẽ:vt accepi ex te lr̃as mihi gratiſſimas ſic elegãtiꝰ dꝛ ex te lr̃as accepi ꝛ eaſdẽ mihi gratiſſimas. Cice. orator eſt ꝑcipuus. ſic elegãtiꝰ. ꝛ Cicero orator eſt et quidem precipuus. Et id in noibꝰ quoq̃ adiectiuis ſeruandũ eſt etiã nõ ſignificãtibus excellentiã. ¶ Scõa pars aduerbiũ inſigne elegãter ſuo verbo poſtponitur intercedente hac coniunctione quidẽ:vt ioannes me amat ſingulariter. ſic elegãtiꝰ. ioãnes me amat ꝛ q̃dẽ ſingulariter. Et hoc in oibꝰ aduerbijs q̃litatis obſeruare operepretium eſt. vt q̃ tibi profutura cognoſcã exequar ꝛ quidem diligenter.

¶ Decima regula:quam preterit Auguſtinus.

¶ Sicut in mediocri ſtylo dicẽdi a re nuda prius incipere oportet:deinde illã exornare:ſic in ſtylo graui ab exornatu incipere debemus. Exemplũ primi. Põpeiꝰ olim romanorum tum armis tum conſilio facile princeps fuit. Exemplum ſecundi

¶ Olim romanorum tum armis tum conſilio facile princeps magnus Põpeius fuit.

¶ Duplex eſt ſtilus.i.ſcribẽdi caracter ⁊ modus vnus quidẽ grauis:ſublimis: altiloquus:grãdiloquus quo res magne ⁊ prope modũ diuine memorant:⁊ hic hyſtoriographis aut diuina cõſcribẽtibus pecularis eſt. Alius eſt facilis ⁊ leuis quo res familiares ⁊ pro tpis conditione oblatas amicis ſcribimus quo in epl'is vtendũ eſt:⁊ hic inferior ⁊ familiaris:ille vero ſuperior appellat. In ſtilo ergo mediocri primo res nuda ⁊ ſine aliq̃ ferme elegãtia cõponi dz.deinde rudis oro paulatim exornari.perinde atqȝ pictores indigeſtã primũ figurã ⁊ cõfuſa trahunt lineamenta.poſt ea ſingul'mẽbris ſuũ addũt decorẽ ⁊ ſingula verius diſtictiuſqȝ efformãt. In ſtilo autẽ graui ab ornatu exordiendũ eſt nihilqȝ dicendũ niſi cultũ ⁊ ſeruatis elegantie regulis decoratũ vt nullus poſſet ſatis exprimere dignitatẽ vere amicitie. ſic in ſtilo facile exornat. Vere dignitatẽ amicitie vbis cõſequi poſſet nemo. In graui vero ſic. Sũmã veri amoris dignitatẽ ne humana quidẽ lingua loqui ſatis poterit.

¶ Undecima regula.de qua precepto.viij.

¶ Genitiuus caſus ſemper ceteris preponitur.vt conſilium optimi viri quod elegantius dicitur optimi viri conſilium.

¶ Hec regula octauo auguſtini pcepto cõcordat cũ dictio recta elegãtius pcedat dictionẽ regentẽ q̃ regẽs rectã ſiue ſit nomen ſiue altera pars orõnis:gtĩs ab altero caſu rectus elegãtius pponit ſue dictioni regẽti:vt romanoꝝ virtus totius mundi imperiũ adepta eſt:melius q̃ virtus romanoꝝ adepta eſt imperium totius mundi Quintil.in.vij. Probi vero mores ⁊ anteacte vite integritas nunq̃ nõ plurimũ profuerunt. Cũ aũt dictio regẽs gtĩ eſt caſuale alicuius ppoſitionis eleganter inter ppoſitionem pcedentẽ ⁊ ſuũ caſuale ille gtĩs rectius interponitur:vt ob virtutis excellentiam debent omnes illam colere. Pro animi tui beniuolentia hoc feciſti melius q̃ ob excellentiam virtutis vel q̃ virtutis ob excellentiam.

¶ Duodecima regula.de qua latius precepto.ix.

¶ Si gerundium verbum habuerimus cum ſuo appoſito illud gerundij caſu ponemus ac ambo inuicem concordabimus:vt veni gratia amandi virtutem: venuſtius dicitur veni amande virtutis gratia.

¶ Hec regula nono auguſtini precepto conuenit ⁊ docet q̃ cũ gerũdiũ vel gti vel acti vel abl'ti caſus a vbo trãſitiuo veniẽs ponit in orõne latia cũ actõ caſu ille actĩs elegãtius mutat in eũdẽ caſuȝ cuius eſt gerundiũ ⁊ gerundiũ in eundẽ numerũ ⁊ genus cuius ille caſus ſubſtãtiuus:⁊ ex gerũdio cũ ſuo appoſito(eſt enĩ appoſitũ gerundij obliquus poſt gerũdiũ rectus)conſtituit oro ex adiectiuo ⁊ ſubſtãtiuo. vt homines nati ſunt grã acq̃rẽdi virtutẽ.ſic elegãtius.hoies virtutis acq̃rẽde grã nati ſunt. vel hoies acq̃rẽde virtuti nati ſunt.ſil'r ad conſequendũ artẽ exercitiũ eſt neceſſariũ Sic elegãtius. Ad conſequendã artẽ exercitiũ eſt neceſſariũ. Sic in cõponẽdis epl'is breuitati ſtudendũ eſt potius q̃ in cõponẽdo epl'as. Gerundiũ quidẽ ſi nti caſus eſt adiũgitur vbo ſubſtãtiuo ſequẽte pſertim.dtõ aũt caſu ſui vbi vt abeundũ eſt mihi.i.debeo abire. Ouid. Utẽdũ eſt etate:cito pede labit etas. Gerũdia in di ponũtur cũ noĩbus ſubſtãtiuis aut adiectiuis gtĩ poſtulãtibus:vt miro afficior deſiderio te vidẽdi vel ſum cupidus te videndi. Quit.in.xij. Neqȝ enĩ video q̃ iuſtior acq̃rendi ratio q̃ ex honeſtiſſimo labore ⁊ ab his de quibus optime meruerint:cum ex Xenio:cleãtes chryſippus mercedes a diſcipulis acceptauerint. Gerũdia in dum acti caſus ordinãtur cũ ppoſitionibus ad:circa:ob:pꝑter:iter:ãte:⁊ in:vt ad colẽdũ literas opus eſt labore circa inſtituendũ iuuenum animos magna cura adhibenda eſt. Uerg. Et ante domandũ ingentes tollent aios. Gerũdia in do datiui caſus vbo ſine prepoſitione iunguntur:vt dedi operã agro colendo. Sed ablatiui caſus ponuntur cum iſtis prepoſitionibus de:ex:a:vel ab cum:in. Ut quid de veniendo

ſtatueris ſcire velim. Ex patiendo ꝙ ex vindicādo maioꝛ gloꝛia comparatur. A colendo virtutem nunꝙ animum intermittere debemus.

¶ Tertiadecima regula. vnde ꝛ pꝛecepto. x.

¶ Si fuerit aliquod relatiuum inter duo ſubſtantiua: illud potius cum ſequenti ꝙ cum pꝛecedenti concoꝛdamus.

¶ Hanc regulam Auguſtini pꝛeceptum edocet. Cum relatiuū pꝛeſertim qui: que quod duobus ſubſtantiuis diuerſoꝝ generum aut numeroꝝ interponitur: quorum ſequens fuerit pꝛopꝛium cuiuſpiam rei nomen relatiuum cum ſequente ſemper conuenire debet: nec cum pꝛecedente latine conuenire poteſt: vt eſt locus in carcere quod tullianum appellatur. Si vero ſequens nomen non fuerit alicuius rei pꝛopꝛium nomen: tunc cum vtrolibet quidem conuenire poteſt: ſed cū ſequente elegantius: vt colenda eſt virtus que ſummū eſt hominis bonum: vel quod ſummum eſt hominis bonum: ꝛ hoc poſterius venuſtius eſt.

¶ Quartadecima regula. de qua pꝛeceptis. xij. xiij. xiiij.

¶ Si dictiōis alicuꝰ ſigtionē augere volumꝰ poſitiuo per aut perꝙ: cōparatiuo lōge vel multo: ſuplatiuo autē ꝙ iſigere debemꝰ. Exēplū oim: vt perbeatꝰ vel perꝙbeatus fuit Ceſar: ſed lōge beatioꝛ auguſtꝰ: ꝙbeatiſſimus autē traianus.

¶ Hec regula. xij. xiij. xiiij. auguſtini pꝛeceptū ꝯplectitᷣ docetqꝫ gradus ꝯparationis adiectiōe aduerbioꝝ augere quo vehementiꝰ ſignificēt. Poſitiuis quidē ſiue noīa ſint ſiue aduerbia: dictio per pꝛo valde (vt. xij. auguſtini pꝛeceptū tradit) vel perꝙ ꝓ valde (vt. vj. ꝛ. xl. eiuſdē pꝛeceptū docet) iungi debet: vt pergratꝰ eſt mihi tuus aduentus: vel perꝙgratus eſt mihi de tua valitudine nuncius. Cōparatiuis aut longe aut multo aduerbia adiungēda: vt longe ditioꝛ eſt q̄ nihil cupit ꝙ qui multa habet: longe felicioꝛ eſt qui contēnit opes ꝙ qui eas poſſidet: qd. xiiij. Auguſtini pꝛecepto ibidē docetur. Superlatiuus aūt ꝙ pꝛo valde aduerbiū adiungēdum eſt: vt ꝙbeatiſſimꝰ eſt qui fluxas mundi diuitias cōtemnit: ꝙfeliciſſimus eſt qui caduca mūdi bona flocci faciat. Quint. in. x. ꝙmaximū ſilentiū ſcribentibus maxime ꝯtinere nemo dubitauerit. Neqꝫ em̄ ſe bona fide in multa ſimul intēdere animus totū poteſt: ꝛ quoquo reſpexit deſinit intueri qd pꝛopoſitum fuerat: et id quoqꝫ decimotertio Auguſtini pꝛecepto diffuſius apertum eſt.

¶ Quintadema regula. de qua pꝛecepto. xv.

¶ Nomina tertie declinatiōis greca ſi peritoſyllaba fuerint ad ſcdam declinationē referuntᷣ: vt delphin inis. delphinus ni. elephas antis. elephantus anti.

¶ Hec regula. xv. auguſtini pꝛecepto conſona eſt. Peritoſyllaba noīa ſunt quoꝝ genitiui ſingulares nt̄m ſingularē ſyllabis excedūt: que appellatione latina excreſcentia ſepe ſupercreſcentia dicere poſſumus. Cum ergo grecū occurrerit nomen vel a greca lingua in latinam traductū tertie declinationis nominatiuo ſyllabis minoꝛem quā obliquos habent: elegantius ex illius obliquo alterius declinationis nomen oꝛmauerimus quod rectum tertie declinationis greci nominis etiaꝫ ſyllabis ſuperet delphin tertie declinationis nomen grecum eſt ꝛ in genitiuo foꝛmat delphinis: ex hoc itaqꝫ genitiuo pulchꝛe foꝛmatur nomen ſecūde declinationis delphinus delphini. Sic ab elephas elephantis: elephantus elephanti maſculini generis nomen ꝛ ſecunde inflectionis deducitur.

¶ Sextadecima regula. de qua pꝛecepto. xvj.

¶ Si aliqd adiectiuū habuerimus ſigns laudē vel vituperiū: vtile vel inutile: illd potiꝰ in dtm̄ ſubſtātiui vertemꝰ cū ſum es eſt: vt virtutes ſunt mihi iucūditati.

¶ Hec regula. xvj. auguſtini pꝛecepto cōfoꝛmis eſt: ꝛ pꝛecepit cū verbū ſubſtatiuū

iungitur nomini adiectiuo ſignificanti vtile vel inutile:delectabile vel triſte:hone
ſtum vel turpe:aut quicq̄ hmõi elegantius illud adiectiuū mutatur in ſuū ſubſtā
tiuum abſtractū datiui caſus:vt hic liber erit tibi vtilis:elegātius:hic liber erit ti
bi vtilitati:malitia eſt hominibus dānoſa/ſic melius:malitia eſt hominibus dam
no:litere tue mihi iocunde fuerunt/pulchrius:litere tue fuerunt mihi iocunditati
Quintil.in.ij.Facientibus iter multū detrahunt fatigationis nota in ſcriptis la
pidibus ſpacia. Nam ⁊ exhauſtis laboribus noſſe menſurā voluptati eſt: et horta
tur ad aliqua fortius exequenda ſcire q̄tum ſuperſit. Nihil eñ lōgum videri ne
ceſſe eſt in quo quid vltimum ſit certum eſt.

¶ Decimaſeptima regula.de qua preceptis.xviij.⁊.xix.

¶ In rebus paribus tum vel ⁊ geminatū ponimus:in imparibus vero cum ⁊ tum
ſed leuius preponitur.Exemplum primi.Cicero tum laude tum rerum ſcientia va
let.Uel eneas ⁊ fortis ⁊ pius fuit.Exēplum ſecundi.Ceſarē plurimū valuiſſe cum
populus tum ſenatus affirmat.

¶ Hec regula.xviij.⁊.xix.preceptis auguſtini ꝯtinet.Res pares dicuntur q̄ eiuſdē
precij momētiq̄ apud homines cenſentur vt diuitie ⁊ generoſitas ſi eādem apud
homines eſtimationē habent pares dicunt.Impares vero quarū vna alteri digni
tatē ⁊ perfectionē preſtat: vt diuitie ⁊ virtus. Nā qui ſana ſunt mēte pluris faciūt
virtutem q̄ diuitias. Itaq̄ res pares in eadem oratione poſite particula tum vel
coniunctione ⁊ coniungende ſunt:vt hic tum diuitiarum copia tum generis nobi
litate preſtat.Ceſar ⁊viribus ⁊ ingenio valuit.Impares vero his particulis cum ⁊
tum:vt cum preponatur rei leuiori ⁊ minori:tum vero poſtpoſitū rei grauiori ma
iorique adijciatur:vt cum ſnia tum virtus expetenda eſt.

¶ Decimaoctaua regula.de qua precep.xx.plura.

¶ Si aliquam perſonā aut laudare aut vituperare voluerimus:id triſariā facere
poterimus: aut cum gtō quod magis poeticum eſt: vt Marcus catho vir eſt ma
gne virtutis:aut cum ntō ⁊ abltō.vt Marcus catho vir eſt magnus virtute:aut cū
ablatiuo ſolo:vt Marcus catho vir eſt magna virtute.

¶ Quid ad aliquē laudādū vel vituperādū requirat vegeſimū auguſtini p̄ceptū
huic regule reſpondēs luculēter oſtēdit:tripliciterq̄ fieri poſſe ibidē mōſtratū eſt
primo ponēdo adiectiuū ⁊ ſubſtm̄ in gtō.vt Cicero eſt acris ingenij:preclare indo
lis:magne ſapiētie.Scdo ponēdo adiectiuū in ntō ⁊ ſubſtm̄ ſequēs in abltō.vt Ci
cero eſt acer ingenio:preclar⁹ indole:: magnus ſapiētia. Tertio ponēdo tam adie
ctiuū q̄ ſubſtantiuū in abltō.vt Cicero eſt acri ingenio:preclara indole:magna ſa
pientiā.Interdū poete adiectiuū in ntō ponūt ⁊ ſubſtantiuū in gtō loco ablatiui.
Uerg.Uritur infelix animi.Et idē. O preſtās animi iuuenis q̄tum ipſe feroci vir
tute exuperas:tanto me impenſius equum eſt:conſulere.

¶ Decimanona regula.de qua precepto.xxi.

¶ Sepenumero verbū infinitiuū vertimus in participium tam ablti q̄ accuſatiui
caſus ſi verbū aliqđ precedat.Exemplū primi mihi opus eſt conſulere: qđ mulius
dicit:mihi opus eſt cōſulto. Exemplū ſecūdi: bonā tibi fortunā inuenire curabo:
quod venuſtius dicitur.Bonam tibi fortunā inuentam curabo.

¶ Uigeſimūprimū auguſtini preceptū eandē quā hec regula elegantiā edocet.Si
verbū infinitiui modi actō iunctū poſtponat verbo finiti modi actm̄ ſecū admit
tēte elegantius illud verbū infinitiuū mutabimus in participiū preteriti tēporis
accuſatiui caſus:ipmq̄ vt adiectiuū cū illo actō ſubſtātiuo cōcordabim⁹. Therē.
Adoleſcēti morē geſtum oportuit:pro gerere. Non oportuit hanc rem facere ele

gantiꝰ.hanc rem factā nō opoꝛtuit. Curabo hanc rem expedire.pulchꝛiꝰ dicit.hāc rem expeditā curabo. Aliqñ tamē verba loco infinitiui habent actiuū participij futuri tempoꝛis in dus qualia ſunt mando:loco:habeo:puto:duco: decerno: ſtatuo: exiſtimo.Ver. Thꝛeiicio regi furtim mandarat alendū.hanc domū habitandā locaui.Negociū difficile admodū expedientē habui. Meā valitudinem tibi lrīs ſignificādā duxi. Meos tibi ſucceſſus pandendos exiſtimaui.hanc tibi foꝛtunā aperiendā decreui ꝛc. At vero ſi dictiōis opꝰ iſigat verbū infinitiuū ſine ſequentis caſus cōſoꝛtio eleganter mutat illud in ablt̄m ſingularem neutri gn̄is participij preteriti tempoꝛis.vt quid opus eſt facto pꝛo facere.

¶Uigeſima regula.vide pꝛeceptum.xxiij.

¶Cū adiectiuū ꝛ ſubſtātiuū in eodē caſu poſita acciderint ſubſtātiuū in gtō caſu ponemꝰ:adiectiuū ꝟo in eo caſu in quo poni debet:ſed in numero ſingulari ꝛ genere neutro locabimꝰ:vt multa pecunia:parua ſapientia aliquas literas. qd̄ melius dicit multū pecunie:parū ſapientie:aliquid literarum.

¶Hāc regulā tertiū ꝛ vigeſimū Auguſtini pꝛeceptum affirmat. Dum adiectiuum ꝛ ſubſtātiuū adinuicē iſigunt in oꝛatione a quo q̄dem adiectiuo poſſit ei foꝛmari ſubſtātiuū ſecū gtm̄ caſum recipiens:elegantius illud adiectiuū in ſubſtantiuum ſingularis numeri neutri gn̄is ꝛ eiuſdē caſus cuiꝰ fuerat adiectiuū cōuertimꝰ p̄ſertim in nt̄m ꝛ act̄m cū his potiſſimū hec regula locū habere cōſpicit. ſubſtātiuum vero in gtm̄ caſum eiuſdē numeri cuiꝰ fuerat priꝰ:ſcd̄m cuiꝰ ſubſtātiui numerū tota oꝛatio vel ſingularis vel pluralis dicenda eſt ſi ſingulare ſubſtantiuum fuerat oꝛatio eſt ſingularis:ſi plurale pluralis ꝛ per numerū pluralē reſoluēda : vt nullas ad me literas dediſti.elegātius nihil ad me literarū dediſti.hic multas habet pecunias ſed paucā pꝛudētiā eleganti^ꝰ hic multū habet pecuniarū ſꝫ parū vel paucum pꝛudentie.Quinti.in.x. Studendū vero ſemper ꝛ vbiq̄ neq̄ eīm fere iam vllus eſt dies occupatꝰ:vt mihi lucratiue opere ad ſcribendū aut ad legendū aut ad diſcendū rapi aliquo momēto tempoꝛis poſſit.

¶Uigeſimapꝛima regula.vnde ꝛ pꝛecepto.xxiiij.

¶Cū duobꝰ ſubſtātiuis idē adiectiuū aſciſci debeat adiectiuū in pꝛincipio oꝛationis collocamꝰ:ꝛ ſubſtātiua cū ꝛ vel tū geminato poſtponimꝰ:vt Ceſar fuit magnꝰ vir ꝛ magnus imperatoꝛ:qd̄ oꝛnatiꝰ dꝛ.Ceſar fuit magnꝰ ꝛ vir ꝛ imperatoꝛ.

¶Xxiiij.Auguſtini p̄ceptū huic regule cōſonat. Qñ idē adiectiuū duobꝰ ſubſtantiuis adiſigit nō eſt illud ad ſingulū eoꝝ repetendū ſed in oꝛationis pꝛincipio ponendū ꝛ ſubſtātiua per tū particulā aut cōiūctionē ꝛ copulata poſtponēda. Maioꝛem ſiquidē ſnie grauitatē affert geminata cōiūctio:ꝛ venuſtioꝛē elegātiā ſemel poſita q̄ ad duo refert dictio.vt Alexāder fuit magnꝰ rex ꝛ magnꝰ impatoꝛ elegantius dꝛ.Alexāder fuit magnus ꝛ rex ꝛ impatoꝛ.ꝛ ita in ceteris exemplis.

¶Uigeſimaſecunda regula:de hac etiam pꝛecepto.xxiiij.

¶Cū adiectiuū ꝛ ſubſtantiuū ſimul fuerint:quoꝝ ſubſtātiuū ab adiectiuo foꝛmatū fuerit diuerſe ſignificationis a pꝛimo ſubſtantiuo:in duo ſunt potiꝰ ſubſtantiua transferenda:vt cauendū eſt ab honeſtate naturali diſcedamꝰ:qd̄ meliꝰ dꝛ.cauendum eſt honeſtate naturaq̄ diſcedamus.

¶Hec regula poſtreme parti.xxiiij.p̄cepti Auguſtini cōcoꝛdat. Cū data oratione de adiectiuo ꝛ ſubſtātiuo illud adiectiuū poſſit reſolui in ſubſtātiuū alteriꝰ ſignificatiōis diuerſeq̄ nature a pꝛimo ſubſtātiuo elegātiꝰ illud adiectiuū mutabit in ſubſtantiuū ꝛ inter illa duo ſubſtātiua ponet cōiūctio:vt rex chlamyde purpurea induꝰ eſt.ſic elegantiꝰ dicit. Rex chlamyde ꝛ purpura induꝰ eſt.honeſtos iuuenū moꝛes pꝛobo.ſic elegantiꝰ.iuuenū honeſtatem ꝛ moꝛes pꝛobo.

¶ Uigeſimatertia regula. De qua precepto. xxv.

¶ Cum gerundium accuſatiue vocis habuerimus potius illud in ſupinum ablatiue vocis tranſferamus: vt hoc eſt mirabile ad videndum qđ elegantius dicitur: hoc eſt mirabile viſu.

¶ Gerundium accuſatiue vocis author vocat gerundium in dum in accuſatiuo caſu prepoſitione preſertim ad poſitum. Supinū vero ablatiue vocis appellat ſupinū poſterius in u terminatū: cꝫ eius terminatio in ablatiuo ſingulari quarte declinationis aſſimiletur. Itaqꝫ ſi nomini adiectiuo adiungatur gerundium accuſatiui caſus cum prepoſitione poſitum elegantius illud tranſfertur in vltimum ſupinum. vt hoc eſt facile ad dicendū: ſed difficile ad faciendū: ſic eleganti⁹ dicit. hoc eſt facile dictu ſed difficile factu: vt vigeſimūquintū Auguſtini preceptū itidē declarat. Quinti. in. i. Omne coniugiū obſcenis canticis ſtrepit pudenda dictu ſpectant. Fit ex eis conſuetudo deinde natura. Diſcunt hec miſeri priuſqꝫ ſciant vitia eſſe inde ſoluti defluentes nō accipiunt in ſchola mala iſta: ſed in ſcholā afferunt.

¶ Uigeſimaquarta regula. De qua precepto. xxvi.

¶ Si aliqđ ſuperlatiuū durius acciderit ꝓ eo poſitiuū ponem⁹: ac ei aduerbium ſuplatiuū adijciem⁹. vt neceſſariſſim⁹: qđ elegātius dr maxime neceſſarius.

¶ Uigeſimūſextū Auguſtini ꝑceptū hāc regulā confirmat. Durioris ſoni ꝛ aſpere ꝓnūciatiōis dictiōes ſummope vitādas eſſe notū eſt. Quare cū nomen ſuplatiui gradus aſperū ꝛ ꝓlatiōe durū occurrit: loco ei⁹ poſitiuū ipſius ponēdū eſt cū aduerbio maxime. Suplatiu⁹ em̄ ois poſitiuo ꝛ maxime aduerbio explicādus eſt vt memoratiſſimū edidit facinus. melius dr maxime aduerbio explicādus eſt vt memoratiſſimū edidit facinus. mel⁹ dicit. maxime memorabile edidit facinus.

¶ Uigeſimaquinta regula. De qua precepto. xxvij.

¶ Si aliquē maximope laudare vel vituperare voluerimus: laudationis ꝛ vituperationis cauſam in gtō conſtituemus: ac hmōi nomina ſplēdorem fulgorem: gloriam: vel laudem: vitium: facinus: crimen: aut ſcelus: addemus. Exemplum primi. M. antonius plurimū eloquentia valuit: qđ melius dicitur. Marcus antonius plurimum eloquentie gloria valuit. Exemplum ſecundi. Lucius catilina coniuratione damnatus eſt. qđ elegantius dicitur. Lucius catilina coniurationis ſcelere damnatus eſt.

¶ Huic regule vigeſimūſeptimū Auguſtini ꝑceptū cōſentaneū eſt. Mediocriter qͥdem laudantes vituperātes cām laudationis aut vituperatiōis in abltō cū verbo accōmodato ponem⁹. vt Cicero imprimis eloquētia claruit. Thraci⁹ dyomedes crudelitate notat⁹ eſt. Cū vo vehemēter ꝛ īpēſe laudare quēqꝫ aut vitio dare volum⁹: laudationis aut culpatiōis cām in gtīū tranſferem⁹ ac laudando abltōs laudem denotantes (vt gloria: decore: fama laude ſplendore: vituperando vero abltōs vituperiū ſignificantes: vt vitio: ſcelere: facinore: flagitio addemus: vt Cicero imprimis eloquentie gloria claruit. Thraci⁹ dyomedes crudelitatis ſcelere ac tyrannidis vitio notatus eſt.

¶ Uigeſimaſexta regula: vnde precepto. xxviij.

¶ Quoties noia ſingularis vel pluralis ꝛ ſingularis numeri adinuicē cōnectunt viciniori reſpondendū eſt. Si vero pluralis numeri fuerint: ad nobilius tranſeundū erit. Exemplū primi. Ceſar ꝛ reſpublica romana merito pompeio infeſta fuit Exemplū ſcđi: vt ſenatores populuſqꝫ romanus Ceſarem ſecut⁹ eſt. Exemplū tertij vt exercitus noſtri romanorūqꝫ turme turpiter fugate ſunt.

¶ Xviij. Auguſtini preceptū hanc regulam que tripertita eſt latius aperit. Prima pars cū duo noīa ſingularis numeri cōnectunẗ ad verbū vel adiectiuū ſingulare illud cū viciniore cōuenire debet. Si vero intercedat verbū vel adiectiuū vtriq; eque ꝓpinquū cū precedente: vt ꝗtū frater tm̄ germana mihi dilecta eſt: ſicut tu me: ita ego te amo. Scđa pars cū duo noīa vnū ſingularis ⁊ alterꝫ pluralis numeri cōnectunẗ adinuicē ad vnū verbū vel adiectiuū ſingulare illud cū viciniori ꝯuenit vt milites ⁊ impator validꝰ in bello fuit. Nō data munera ſed dantis aius magni pēdendus eſt. Uerg. Nihil hic niſi carmina deſunt. Tertia pars. cū duo nomia pluralis nūeri diuerſoꝝ accidētiū grāmaticaliū conectunẗ ad verbū vł adiectiuū itidē plis numeri: illud oꝫ cōuenire cū nobiliori ⁊ dignioꝛē perſonā aut genꝰ habēti: vt vos ⁊ amici fuiſtis mihi preſidio pr̄es ⁊ mr̄es debent eſſe filijs dilecti. Etiam ſi illa duo noīa ſingularia cōnectantur cū verbo vel adiectiuo plurali ad nobiliꝰ nomē trāſeūdū eſt: vt ego ⁊ frater veniemus| pater ⁊ mater ſunt a filijs honorandi.

¶ Trigeſima ſeptima regula. de qua latius precepto. xl.

¶ Nonnumq; comparatiua pro poſitiuis ponuntur. vt vehementius pro vehementer ſepius pro ſepe.

q̄to ora intueri:⁊ videre apud grecos ſignificat.Si quis obijciet celū dipthongon admittere:ſed minime celo verbum:vnde deriuari dicimus id nos reſpondiſſe ſatis eſt:ita quod apud grecos e longa eſt apud nos perſepe in ae conuerti : vt ſcaena caera alia item compluria.Item etiam fieri nonnunq̄ a noſtris dictonibus depꝛehendimus pꝛeſertim eadem perſeuerante ſyllabe quantitate.Sed oſtendiſſe me arbitror non dici celum contrario nomine quod vulgus grammaticorum ⁊ bacchantium nebulonum turba frequenter aſſeuerat.¶Eumenides que furias infernas ſignificant(vt noſtis)ne ipſe quidem per contrarium dicuntur:q̄q̄ vix audeo hieronymi:r repugnare ſententie.Sed opinor adeo res altiſſimas ⁊ celeſtes contemplabatur:vt leues haſce ineptias floccipenderet.eu bene ſignificat apud grecos magnum bonorum quorum neutrum miniſtris penarum ac ſuppliciorum conuenire videatur.Nos dicimus Eumenidas bene furentes appellari:ab eu quod eſt bene ⁊ mania:qđ furorē dementiā ve ſignificat.Ex quo noſtri a furore furias nuncuparunt:neq̄ per contrariū vllo pacto dicte ſunt.Itaq̄ aperte atq̄ erudite de his Statius in Thebaide. Circūq̄ miniſtris Funeſtorum operum Eumenides Stigieq̄ ſeueros Iunonis thalamos ⁊ torua cubilia cerno.Atq̄ has poete ſepe etiā furias vocitarūt.Idem Statius lib.ij.vbi de Laio.Et pꝛimas furiarum pertulit iras.Et claudianus de raptu Pꝛoſerpine.Coniurant furie crinitaq̄ frondibus hydris Teſiphone.⁊ Iuuenalis ad eum qui cum ſanus eſſet iam inſanīēs videretur ita inquit.Dic qua Teſiphone quib⁹ exagitare colubꝛis.Pauloante dixerat:certe ſanus eras.Nec aliud ſibi vult Eumenidum nomē:inſaniāq̄ ſignificans.Bene furentes autem dicuntur:ꝙ plurimum furere ⁊ dementire videantur.Nam ſicut male aduerbium minuit:ita bene exauget.Non per cōtrarium Eumenides dicte ſunt. Multa preterea ſunt que a grammaticis tradita nequaq̄ ſatis pꝛobari poſſunt.hec ſi velim vel refellere vel enumerare non libello ſed alto potius volumine opus ſit. huius ea potiſſimum cauſa eſt:ꝙ cum grammaticorum poetarum pertractatio.hiſtoriarum cognitio.Uerborum interpꝛetatio pꝛonunciandi ſonus pꝛopꝛius ſit.tamen omnia ſibi cupiūt vendicare:quaſi omnia teneant nihil certe conficiunt. Philoſophiam oēs eius partes.Mathematicas diſciplinas.Theologiam quoq̄ omne deniq̄ ſcientiarum genus:ſibi aſſumunt grammatici vt ea demetant:que certe ipſi nō ſeuerunt. Quare hortor vos:⁊ illud in pꝛimis moneo:vt in vocabulis ac dictionibus pernoſcendis non tam grāmaticorū ſcripta que ſepe mēdarum plena ſunt q̄ doctiſſimorum hominum ⁊ veterū:⁊ nouorum monumenta ſtudioſe legatis. Quorum quum expenderitis verba:eluceſcet(credite mihi)repente inq̄ vobis eluceſcet vera ⁊ oꝛigo verborum ⁊ nominū ſignificatio:qđ cū feceritis nomē pꝛopoſitaq̄ verba pꝛimū deſinent credere:vt per contrarium dicantur.que ab omni ꝯtrarietate pꝛorſus abhorrent.hoc opuſculum quodcūq̄ eſt ⁊ legite ipſi ⁊ alijs quoq̄(quorū nobis eruditio cure eſt)legendū tradite:vt omnis qui iam pꝛidem de nouem verbis increuit:penitus tollatur error.

¶Finis de nouem vocabulis falſo per antiphꝛaſim dictis.

¶Amenissimi ingenij ⁊ excultiſſime doctrine viri Auguſtini Dathi Senenſis Floſculoꝛum liber feliciter incipit. Ad minoꝛem Tricircũ iuuenẽ celeberrimum:ac conciuem clariſſimum.



Nominis amicitia in eaꝝ rerũ numero collocat que tum honeſtatem dignitatemqꝫ:tum vtilitatem quoqꝫ ⁊fructum continent. Eam Cicero in Rhetoꝛicoꝛum libꝛo ſecundo his verbis diffinit Amicitia eſt voluntas erga aliquem rerum bonarum illius cauſa:quem diligit cum eius pari volũtate. Cic.in.j.de finib⁹ bonoꝝ ⁊ maloꝛum. Epycur⁹ q̄dē ita dicit. Oim rerũ quas ad beate viuendũ ſapientia comparauit:nihil eſt maius amicitia:nihil vberius:nihil iucundius. Ac paulo poſt. Quod qꝫ magnum ſit ficte veteruȝ fabule declarant in quib⁹ tam multis tamqꝫ varijs ab vltima ãtiquitate repetitis tria viꝛ amicoꝝ paria reperiuntur :vt ad Oꝛeſtem perueniens ꝑfect⁹ a Theſeo. amicitiã in dialogo. Cic. diffinit C. Lelius. Nihil eſt amicitia niſi omnium diuinarum humanarumqꝫ rerum:cum beneuolentia ⁊ charitate ſumma conſenſio. Secundus vero philoſophus amicitiã amicoꝛum equalitatem eſſe dixit.

¶Amplitudo quemadmodum ⁊ amicia his in rebus ponitur:que ⁊ honeſte ſimul ſunt ⁊ vtiles. Eſt autem amplitudo:vt a Cice.lib.ij. Rhetoꝛicoꝛum terminat potẽtie aut maieſtatis:aut aliquarum copiarum magna abundantia.

¶Ale ⁊ penne non ſolũ auiũ eſſe credunt:⁊ volucrũ ad res q̄ȝ alias trãferunt. Plato in Phedro. Natura alarũ eſtgraue in ſublime attollere q̄ deoꝝ ihabitat gen⁹. Oim ꝟo q̄ ſunt circa coꝛp⁹ maxime ꝑticeps diuini eſt aĩus. Diuinũ autem pulchꝛũ ſapiẽs:bonũ ⁊ q̄cq̄d tale dici põt. His ꝟo aliter maxie augeturqꝫ elatio ipſa animi Turpi aũt ⁊ malo ⁊ hmõi iterit ⁊ fatiſcit. Magn⁹ igit rex i celo. Juppit citãs alaꝝ currũ pm⁹ icedit:exoꝛnãs cũcta atqꝫ diſponẽs. hũc ſeqtur exercit⁹ Deoꝛũqꝫ ⁊ demonũ ꝑ vndecim ꝑtes oꝛdinat⁹. Sed ⁊ Boeti⁹ i q̄rto phic cõſolatiõe ait. Sũt eniȝ pẽne volucres mihi q̄ celſa ꝯſcẽdẽs poli q̄s ſibi mẽs iduit:terras peroſas deſpicit.

¶Animus ⁊ aĩa differunt. Eſt em̃ anim⁹ diuinioꝛ:Sed eam vtriuſqꝫ drĩam aperit Macrobius:cum ſuper ſomnio Scipionis hec dicit. Animus pꝛopꝛie mens eſt: Quã diuinioꝛẽ aĩa nemo dubitauit. Quum ergo dicit. hiſqꝫ animus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus mentem pꝛeſtat intelligi:q̄ nobis ꝓpꝛie celo ſyderibuſqꝫ

cõmunis eſt. Quũ ꝓo ait retinẽdus animus in cuſtodia corpis ipſam tunc animam nominat. que vincitur cuſtodia corporali: cui mens diuina non ſubditur.

¶ Animus ꝙ maxime a corpore differat: oſtẽdit Epycuri ſnia3. M. Tullius in. i. de finibus bonoꝝ ⁊ maloꝝ. Nam corpore inquit mihi niſi preſens ⁊ quod adeſt ſenti re poſſumus: animo autem ⁊ preterita ⁊ futura.

¶ Amamꝰ magis ꝓprie hoies. Adamamus cetera ꝑter holem. The: Amãt interſe. Cic. in. i: de finibꝰ bonoꝝ ⁊ ma. Etem̃ ſi loca ſi fana ſi vrbes: ſi gymnaſia: ſi campũ: ſi canes: ſi equos: ſi ludicra: exercẽdi aut venãdi cõſuetudines adamare ſolemꝰ ꝙ: to id hominem conſuetudine facilius fieri potuerit ⁊ iuſtius.

¶ Angeli aggeli grece vocãtur: hebraice moloth: latine vero interpretantur nũcij ab eo ꝙ domini voluntatem populo nuncient. Eſt autem angelorum nomen officij potius ꝙ nature ſemper enim ſpiritus ſunt: cum vero mittuntur: cu3 angeli vo cantur atꝙ ita ſentit Iſidorus. Ethimologiarum lib. x.

¶ Aequi ⁊ iiqui loci natura ⁊ inſtituto cernunť ſm Ci. ꝑtitionẽ in Topicoꝝ libris

¶ Aequitas ꝓo vt in eodẽ libro teſtať: tripartita dr eſſe. Una ad ſuperos deos: alte ra ad manes: certia ad homines pertinere. prima pietas. ſecunda ſanctitas. tertia iuſtitia aut equitas nominatur.

Aequitas iuſtitia. M. Tullius in libro Topicorum cum pietatem ⁊ ſanctitatem ꝑ miſiſſet: tertia inquit iuſtitia aut equitas nominatur.

¶ Aequitas moderato ſiue patientia. vñ ⁊ equo aio ferre eſt modeſte ferre. Cice. in Cathõe maiore. Noui em̃ moderationẽ animi tui ⁊ equitatem.

¶ Aequitas humanitas.

¶ Aequitas equalitas. Cic. in. i. de offi. Optãdũ vt hi qui ꝑſunt reipub. legum ſimi les ſint que ad puniendum non iracunda ſed equitate ducuntur.

¶ Aequitas bonitas. Ariſto. v. ethycorum. Bonus ⁊ equus vir qui non exacte ius amplectatur in peiorem partem: ſed de ſuis commodis detrahi patiatur ⁊ ſi lege tueri poſſit. Ex quo dicitur de equo ⁊ bono.

¶ Animaduerſio: conſideratio inſpectio. Cicero in. i. de finibus bonorum ⁊ malo rum. Intereſſe enim inter argumentum concluſionẽꝙ rationis ⁊ inter mediocrem animaduerſionem atꝙ ammonitionem.

¶ Aiaduerſio punitio. Cice. item de torquato. vt dolore ſentiret militaris Imperij diſciplinã: exercitumꝙ in grauiſſimo bello animaduerſionis metu continet. Ide3 in. i. de off. Omnis autẽ animaduerſio ⁊ caſtigatio contumelia vocare debet.

¶ Aiaduerſio atꝙ admonitio ab argumẽto ⁊ cõcluſione lõge differũt vti putabat Epycurꝰ Cicerone teſte in. i. de finibus bonorũ ⁊ maloꝝ lib. Intereſt iter argumen tũ concluſionẽꝙ rõnis: ⁊ iter madiocrẽ aiaduerſionẽ atꝙ ãmonitionẽ: altera occul ta q̃da3: ⁊ q̃dã q̃ſi inuoluta apiri: altera ꝓ̃pta ⁊ apta iudicari. Itaꝙ exiſtimauit Epycurus et voluptatẽ expetendã ⁊ fugiendũ dolorẽ ita ſentiri vt calere ignẽ niuẽ eſſe albã dulce mel quoꝝ nihil op3 exq̃ſitis rõnibꝰ ꝯfirmari tm̃ ſatis eſſe ãmonere.

¶ Animaduertimus potius a nobis ammonemur ab alijs.

¶ Appetendarum rerum partes ſunt honeſtas ⁊ vtilitas. Uitandarum rerum ſtur pitudo ⁊ inutilitas. Cicerone teſte lib. ij. rhetoricorum.

¶ Appetere ⁊ aſpernari cõtraria eſſe videtur teſtimonio atꝙ autoritate Cice. in. i. de finibus bonoꝝ ⁊ maloꝝ cum dr ex epycuri ſnia. Aiũt hãc quaſi naturalẽ atꝙ in ſitã in animis noſtris ineſſe notionẽ. vt alterũ eſſe appetendũ. ſ. voluptatem alteꝝ aſpernandũ. ſ. dolorẽ ſentiamus. Et rurſum in. iij. Anteꝙ voluptas aut dolor atti gerit: ſalutari appetant pueri: aſpernanturꝙ contraria.

¶ Bona quedam pro epycuri ſententia preterita ſunt quedam futura. Hinc Cicero in primo de finibus bonorum ⁊ malorum: vt his bonis erigimur que expectamus ſic letamur ijs que recordamur.

¶ Continentia ſm ſniam. M. Cicer. lib. ij. rhetoricoꝝ. Temperantie pars eſt atꝙ ita diffinitur. Continẽtia eſt per quam cupiditas conſilij gubernatione rẽgitur.

¶ Clementia ⁊ ipſa quoꝙ pars temperantie eſt per quam animi temere in odium

alicuius inuectione concitati comitate retinentur.

¶ Circūſpicio quidnā ſic oſtēdit Bernardus in libro ſuper quid eſt tibi in.q.ſ.d.

¶ Quid eſt aliud circūſpectio niſi circūſtantiū malorū ſollicita ſagax perſcrutatio ad hanc pertinet preteritoꝝ maloꝝ retractio:preſentiū ꝯſideratio:futuroꝝ preme=ditatio:vt ſm nomen ſuum veraciter ſit circunſpectio. huius aſſiduitas hominem cautum efficit:⁊ q̃tum poſſibile eſt tutum reddit.

¶ Chaos vti diffinit Lactantius.i.inſtitutionum diuinarum:eſt rudis inordinan=teqꝫ materie confuſa congeries.

¶ Curia locus eſt habēdi ſenatus:ac pro ſenatu interdum poni ab eruditis veteri=bus conſueuit. Cice.lib.j.de oratore. Age vero ne ſemper forum ſubſellia roſtra cu=riamqꝫ meditere. Et in catone maiore. Non curia vires meas deſiderat non roſtra non amici.

¶ Cupiditates etiā ſm epycurū inſatiabiles ſunt. Cicero teſtāte in.j.de finibus bo=norū ⁊ maloꝝ. Que nō modo ſingulos homines:ſed vniuerſas familias euerſūt to=tā etiā labefactā ſepe rēpu. Ex cupiditatibꝰ odia:diſcordie:ſeditiones: bella naſcū=tur. harū tria pro epicuri ſentētia genera ponuntur. Uerū earū que ſint:⁊ natura=les:⁊ neceſſarie cupiditates:alterū earum quequidem naturales ſint:nec tñ neceſſa=rie:tertiū earum que nec naturales ſunt nec neceſſarie. Neceſſarie nec opera multa nec impenſa explentur. Naturales nec multa nec deſiderant inanium vero cupidi=tatum nec modus vllus:nec finis inueniri poteſt.

¶ Copia ⁊ inopia res dicunt ꝯtrarias. Cice.in Catho.maio. Nec in ſumma inopia nō leuis eſſe ſenatus poteſt ſapiēti nec inſipienti etiā ſumma copia non grauis.

¶ Dicere de arte eſt artis precepta tradere.

¶ Dicere aūt ex arte eſt ornate ⁊ artificioſe hoc eſt ſm artis precepta loqui. Cice.in j.retho.de hermagora. Oratori nimirū eſt loqui de re qđ hic fecit multo maximum eſt arte dicere quod eum minimum potuiſſe omnes videmus.

¶ Expetendarū rerū tria ſunt gñā:par numerꝰ vitādarū inquit.M.Tullius lib.ij. retho. Nā eſt quiddā qđ ſua vi nos alliciat ad ſeſe:nō emolumento captās aliquo: ſed trahēs ſua dignitate. Quod genꝰ virtꝰ ſcientia veritas eſt: aliud nō ꝓpter vim ſuā ⁊ naturā:ſed propter fructum atqꝫ vtilitatē petendū:qđ pecunia eſt. Et porro quiddā ex horū partibus iunctū qđ ⁊ ſua vi ⁊ dignitate nos inductos duxit: et pre ſe quādā duxit vtilitatē qua magis expectatur vt amicitia:bona exiſtimatio. Que in primo genere ſunt appellant̃ honeſta. Que in ſecūdo vtilia. Tertia ⁊ ipſa quoqꝫ meliorem partem vocabuli conferunt ⁊ nominantur honeſta.

¶ Expetere ⁊ fugere cōtraria ſunt. Cice.in.j.de finibꝰ bonoꝝ ⁊ maloꝝ. Tēperātia eſt ẽm que in rebus aut repetēdis aut fugiendis vt rationē ſequamur monet.

¶ Fortitudo eſt vna ex quatuor virtutū numero:quēadmodū oſtēdit Cic. li.ij. re=tho. quo libro ita diffinit. Fortitudo eſt cōſiderata periculorū ſuſceptio ⁊ laborum perpeſſio:cuius ſunt magnificētia:fidētia:patientia:perſeuerantia. At lib.iij.retho. ad herennium diffinit his verbis Fortitudo eſt rerū magnarū appetitio: et rerum humiliū contemptio ⁊ laboris cum vtilitatis ratione perpeſſio.

¶ Fidentia vero que pars fortitudinis eſt:vt oſtendit Cice.lib.ij.retho. hiſce diffi=nitur verbis. Fidentia eſt per quam magnis ⁊ honeſtis in rebus multum ipſe ani=mus in ſe fiducia certa cum ſpe collocauit.

¶ Fortis dicitur vt Ariſtoteles.iij.ethicorum oſtendit:medius quidam inter au=dacem ⁊ timidum.

¶ Fortis autē omni virtute preditus. Lactantius lib.j.diuinarū inſtitutionū. Ille ſolus vir fortis debeat iudicari:qui temperans ⁊ moderans eſt ⁊ iuſtus.

¶ Forum velati commune genus ad tria cauſarum genera :ſubſellia roſtra : curia tanqꝫ ſpecies videntur ſignificare tria cauſarum genera in quibus oratoria dictio verſari ſolet. Cicero primo de oratore. Age vero ne ſemper forū ſubſellia roſtra cur=iamqꝫ meditere.

¶ Fortuna cōſilio ⁊ ſapiētie aduerſari recte dr̃. Cice.j.de finibꝰ bonoꝝ ⁊ maloꝝ.ex

epycuri ſententia. Optime vero epycurus inquit: quod exiguã dicit fortunã interuenire ſapienti maximaſqꝫ ab eo ⁊ grauiſſimas res cõſilio ipſius ⁊ ratione adminiſtrari.

¶ Fore ſemꝑ futuri tpis hꝫ. Ci. in. i. de oratore. Quẽ quidẽ ego ꝯfido oib⁹ iſtis laudibus quas in oratione cõplex⁹ es excellentẽ fore. Et craſſus fore dicis inquit. Ego vero eſſe iam iudico. De hortenſio namqꝫ catullus fuerat prelocutus.

¶ Gratia naturali iure eſt vt oſtendit. M. Tullius libro. ij. rethoricorum atqꝫ ita finitur. Gratia eſt in qua amicitiarũ ⁊ officiorum alterius memoria: ⁊ alterius remunerandi voluntas continetur.

¶ Gloria in earũ rerũ numero collocatᷣ: vt ait Ci. li. ij. rheto. que nos ⁊ dignitate et fructu ſuo ducunt: atqꝫ gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude.

¶ Greges nõ modo pecudũ dicuntᷣ ſed ⁊ nõnunqꝫ ad hoies trãſferᷣ. Cice. in. i. de finibus bonoꝝ ⁊ malorũ. Epycurus vna in domo ⁊ ea quidem anguſta, qꝫ magnos qꝫtaqꝫ amoris conſpiratione conſentientes tenuit amicorum greges.

¶ Graue ⁊ leue cõtraria ſunt. Itaqꝫ cũ. M. Tul. i. Tuſculanarũ queſtionũ cum naturã quatuor oia gignentiũ corporũ (que pleriqꝫ phi elementa vocant) cõmemorauiſſet partẽ ignEã ⁊ animalẽ in aeream rurſum ait rectis ligneis in celeſtẽ locũ ſubuolare ſiue ipſa natura ſuperiora appettere: ſiue a grauioribus leuiora natura repellantur. Sed illud quoqꝫ animaduertendum eſt plerunqꝫ graue ad perſonã refertur. Laudari ꝙ ſi ad alias res referatur: nõ ita leue cõtra in perſona vituperari in ceteris rebus multo ſecus. hinc. M. Tul. in Cathone maiore. Nec in ſumma inopia inquit non leuis eſſe ſenectus poteſt ſapiẽti: nec inſipienti etiam in ſumma copia nõ grauis grauitas in homine laudari: quãobrem Cicero in prefatione primi Tuſculanarũ diſputationũ. Que tanta grauitas: que tanta conſtantia: animi magnitudo: probitas: fides que tam excellens in omni genere virtus. Cõtra vero leuitas maxime redarguitur. Idẽ in primo Tuſculanarũ queſtionũ: contemnamus igitur oẽs ineptias. Quod enim leuius huic leuitati nomen imponam.

¶ Hierarchie (quorum auctor hierarcha nuncupatur) heretici erant: vt oſtendit Auguſtinus: qui carnis reſurrectionem negabant.

¶ Inuentio vna eſt earũ partium in quas habere oratorẽ oportet. Eſt autem inuẽtio excogitatio rerum verarum aut veriſimilium que cauſam probabilẽ reddant. primo rhetoricorum: tum de inuentione: tum ad herennium.

¶ Intelligentia prudentie pars eſt. vt ait Cice. lib. ij. retho. quo in loco intelligentiam ita diffinit: intelligentia eſt per quam animus repetit ea que ſunt.

¶ Iuſtitia eſt habitus animi ꝯmuni vtilitate conſeruata ſuã cuiqꝫ tribuens dignitatem eius initiũ eſt a natura profectũ. Deinde quedã in cõſuetudinẽ ex vtilitatis ratione venerũt: poſtea res ⁊ ab natura profectas et ab cõſuetudine ꝓbatas legũ metus ⁊ religio ſanxit hec Cice. tradit lib. ij. retho. lib. aũt. iij. retho. ad herennium inquit: eſt equitas ius vnicuiqꝫ tribuens pro dignitate cuiuſqꝫ.

¶ Ius triplex. Cice. cõmemorat lib. ij. rheto. ius nature: ius cõſuetudinis: ius legis ius nature eſt: vt lib. ij. rheto. Cice. oſtẽdit: qđ nõ opinio genuit: ſed quedã innata vis inſeruit: vt religionẽ: pietatẽ: vindicationẽ: obſeruantiã: veritatẽ. Conſuetudinis ius eſt qđ aut leuiter a natura tractũ aluit ⁊ maius fecit vſus vt religionẽ: aut ſi qui deoꝝ qui ante dicta ſunt a natura profectũ maius factũ propter cõſuetudinẽ videbim⁹ vti in maiorẽ venuſtas vulgi approbatione produxit. Quod gen⁹ pactũ eſt par iudicato. Iudicatũ eſt vt eodẽ ipſo in loco Cice. ait. de quo alicuius aut aliquoꝝ iam ſententijs cõſtitutũ eſt. Legis ius eſt ꝙ in eo ſcripto quod populo expoſitũ eſt vt obſeruent cõtinetᷣ. Cice. eodẽ ipſo libro oſtendit ac loco.

¶ Incolumitas vna cũ potentia. vt Cice. oſtendit lib. ij. retho. pars vtilitatis altera eſt. Eſt autẽ incolumitas ſalutis tuta atqꝫ integra conſeruatio.

¶ Imperator diffinitur cõſtituiturqꝫ a. M. Antonio apud. M. Cice. lib. i. de oratore adminiſtrator quondam bella gerẽdi cuius ars eſt de exercitu: de caſtris: de agminibus; de ſignorum collationibus: de oppidorum oppugnationibus: de commeatu

de inſidijs faciendis:atq; vitandis:de reliquis rebus quibus que ſunt proprie belli adminiſtrandi:quarum qui ſunt animo et ſcientia compotes:ij eſſe imperatores dicuntur.

¶Juriſcōſultus aūt vt idē ait is vere noiatur qui legū et conſuetudinis eius qua priuati ciuitate vtuntur:ad reſpondendū ⁊ ad agendū et cauendū peritus eſt.

¶Judicare eſt ſtatuere ac firmiter decernere.Cice.in primo de finibus bonorum et malorum.Nec enim ſatis eſt iudicare quid faciendum quid non faciendum ſit:ſed ſtatuere etiam oportet in eo quod ſit indicatū.plerique autem quod tenere atq; ſeruare id quod ſtatuerunt non poſſunt victi et debilitati obiecta ſpecies voluptatis tradunt ſe libidinibus conſtringendos.

¶Licere ⁊ expedire oſtendit differre Aug.in lib.de adulterinis coniugijs dicēs poteſt aliquid licere et non expedire:expedire autē qd non licet ⁊ non poteſt. Ac p hoc non oia que licita ſunt expediunt oia vero illicita non expediunt.Idem paulopoſt: ea mihi videntur licere et expedire:que per iuſtitiam quidem que coram deo eſt permittuntur:ſed propter offenſionem hominum ne hoc impediantur a ſalute vitāda ſunt:ea vero non licere et ideo non expedire:ſic ipſa iuſtitia vetantur:vt faciēda nō ſint etiam ſi ab eis quibus in notitiam fuerint perlata laudentur.

¶Labor duplex a Cic. ſignificatur.alter libero dignus viro.alter illiberalis.Et primus ille vocatur induſtria qualis eorum eſt:qui in ſcribendo verſantur: atq; elaborant altera politiore abhorret elegantia vti:faciunt qui arant aut fodiunt.Cice. in primo de finibus libro.vt Therentianus chremes non inhumanus:qui nouum viſcinum non vult fodere:aut arare:aut aliquid ferre deniq; non illuz ab induſtria:ſed ab illiberali labore deterret.

¶Memoriam theſaurum rerum omnium Cice.appellat primo de oratore.eāq; rhetoricoꝝ lib.ita diffinit.Memoria eſt firma animi rerum ac verborum ad inuentionē perceptio.primo de inuentione. At primo ad herennium eſt inquit memoria firma animi verborum et diſpoſitionis perceptio:eāq; libro tertio.theſaurum inuentorum atq; oim partium rhetorice cuſtodem appellat.

¶Memoria ſicut intelligentia ac prouidentia pars prudentie eſt atq; ea pro Ciceronis ſententia lib.ij.rhetoricorum ſic diffinitur.memoria per quam animus repetit illa que fuerunt.

¶Modeſtia a Mar.Tul.ij.rhetoricoꝝ pars ponit̄ tēperātie:et his finitur verbis. Modeſtia eſt per quam pudor honeſtus caram ſtabilem comparat authoritatem.

¶Meditationis eſt perſcrutari occulta. Cōtemplationis eſt admirari perſpicua. Bernardus ſuper ps.Quid eſt tibi mare qd fugiſti. Et ſubdit ſiquidē meditatio eſt occulte veritatis ſtudioſa inueſtigatio:contemplatio eſt perſpicue veritatis iocunda āmiratio.Que autem occulta ſunt ſolēt ad manifeſtationem prodire modo propria meditatione:modo ex diuina reuelatione:vbi ergo reuelationis gratiam preſentem habemus:meditationis officio non egemus.

¶Mathematice diſcipline quatuor partes innuere videt̄ in primo de finib⁹ bonoꝝ et maloꝝ.Mar.Tul.aut ſe inquit:vt Pla.in muſicis,geometria numeris aſtris conſecret.⁊ p q̄ muſica:geometria:arithmetica.aſtrologia ſignificari videntur.

¶Mortis tria ſunt genera inquit Ambroſius in lib.de bono mortis.Una mors peccati de qua ſcriptum eſt.anima que peccauerit ipſa morietur: alia mors miſtica qn̄ quis peccator moritur ⁊ deo viuit de qua idē apl's.Conſepulti eni ſumus cum illo per baptiſmū in morte.Tertia mors qua curſum huius vite et munus explem⁹.aie corporiſq; receſſio. Ac ſtatim addit.aduertimus igitur ꝙ vna mors ſit mala:ſi propter peccata moriamur.alia mors bona ſit.qua is qui mortuus fuerit iuſtificabitur a peccato tertia mors media ſit.Nam et bona iuſtis videtur : ⁊ pleriſq; metuenda que cum abſoluat omnes paucos delectat.

¶Oculi non modo qui ad videndū animātib⁹ dati ſunt ſed et pro conſpectu a veteribus nonnunq̄ poni conſueuerunt. Cicero in catone maiore de.F.maximo. Nec vero in luce mō atq; oculis ciuiū magnus.Idē in.j.de finibus bonoꝝ et maloꝝ de

Torquato at magnum periculum adijt:⁊ in oculis quidem exercitus.

¶Obſeruantia eſt:vt oſtendit Cice.lib.ij.rhetoricorum a natura:et iure ac diffini=tur his verbis.Obſeruantia eſt per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam et honore dignamur.

¶Orator pro.M.antonij diffinitione apud Cice.lib.j.de oratore dicitur qui et ver=bis ad audiendū ineundis et ſententijs ad probandū accommodatis vti poſſit in cauſis forenſibus atq communibus:⁊ qui preterea inſtructus voce ſit ⁊ actione et lepore quodam.Eſt autem oratoris officium:vt lib.j. rhetoricorum ad herennium oſtendit Cice.de ijs rebus poſſe dicere que res ad ciuilem vſum moribus et legib⁹ conſtitute ſunt cum aſſentione auditorum quo ad eius fieri poteſt.

¶Orator que ſm.M.antonium habere debeat declarat atq exponit Cice.lib.j.de oratore dicēs.in oratore acumē dialecticorꝫ.ſnīe phorꝫ verba prope poetarū memo ria iuriſconſultorꝫ vox Tragedorꝫ geſtus pene ſummorꝫ actorū eſt requirendus.

¶Oratorꝫ q̄nq ꝯuenit res habere Cice.teſtimonio.j.rhetoricorꝫ.tū de inuētione tū ad.C.herenniū lib.Inuētionē:diſpoſitionē:electionē:memoriā ꝓnūciationem.

¶Orationem duplicē eſſe oſtendit.M.Tullius lib.j.de finibus bonorum ⁊ malorū alteram perpetuam alteram interrogationē ac reſponſione conſtantem. Eius hec verba ſunt.Uti oratione perpetua malo q̄ꝫ interrogare aut interrogari. Et in Tu=ſculanis queſtionibus Atticus dicit.Sed nihil in te interpello ꝯtinentē orationem audire ma o.Tum.M.inquit.Quid ſi te rogauero aliquid nō reſpondebis.Rurſuꝫ quoq in.ij.lib.de fini.bonorum.Ego autem inquit arbitror q̄ꝫ admodū delectat⁹ ſum eius oratione ꝑpetua tñ commodius cū rebus ſingulis inſiſtas ⁊ intelligas:q̄d quiſq cōcedat q̄d abnuat ex rebus cōceſſis ꝯcludi qđ velis ⁊ ad exitū peruenire.

¶Ortenſius magnus fuit orator atq vt Aulus Gel.ait lib.de noctib⁹ atticis omni bus fere oratoribus etatis ſue niſi.M.Tullio clarior.Quā q̄ꝫ ob nitidiorē mūditiā maledictis:et probroſis compellationibus iactatus eſt.

¶Ortenſius dr̄ et Ciceronis liber in quo philoſophie laudes cōplexus eſt:hinc dici tur in lib.j.de finibus bonorum et malorum.Philoſophie quidem vituperatoribus ſatis reſponſum eſt eo lib.qui a nobis philoſophia defenſa:et collaudata eſt cū eſſet accuſata et vituperatoribus reſpondimus in ortenſio.Sed et Aurelius Auguſtin⁹ in tertio confeſſionū libro.Liber ille inquit ipſius Ciceronis exhortationē cōtinet ad philoſophiam ⁊ vocat ortenſius.

¶Pronūtiatio quam habere oratorem oportet eſt vt Cicero finiuit ex rerum ac ver borum dignitate vocis ac corporis moderatio lib.j.rethoricoruꝫ de inuentione in.j. vero ad herenniū ita ait:ꝓnūciatio eſt vocis vultus geſt⁹.moderatio cū venuſtate.

Prudētia vt oſtendit.M.Tulli⁹ lib.ij.rhetoricorꝫ eſt rerum bonarum ⁊ malarum vtrarūq ſcientia.partes eius ſunt memoria:intelligentia prouidentia : in rhetori=cis vero ad herenniū lib.iij.his verbis finit.prudētia eſt caliditas que ratione qua dam poteſt delectū habere bonorū ⁊ malorum. Dicitur itē prudētia ſciam cuiuſdā artificij appellatur.Item prudentia rerum multarum memoria et vſus cōplurimo rum negociorum hec ad herennium.

¶Prouidentia eſt vt ait Cicero libro.ij.rhetoricorum.per quam futurum aliquid videatur anteq̄ꝫ factum eſt.

¶Pietas vt diffinit Cicero lib.ij.rhetoricorum eſt per quam ſanguine coniunctis patrieq beniuolis officiū et diligens tribuitur cultus.

¶Pactum a iure conſuetudinis eſt:vt oſtendit Cicero libro.ij.rhetoricoruꝫ.Eſt aūt pactū quo inter aliquos conuenit.Sicut par diffinitur ab eodem his verbis.Par qđ in omnes equabile eſt.

¶Patientia fortitudinis eſt vt oſtendit Cicero lib.ij.rhetoricorum.Eſt autē patiē tia honeſtatis.vt vtilitatis cauſa rerū arduarū ⁊ difficilium volūtaria ⁊ diuturna perpeſſio.Perſeuerantia quoq pars eſt fortitudinis vt idem ait eſt in ratione bene conſiderata ſtabilis et perpetua permanſio.

¶Patientia vt eodem loco declaratur:vna cū incolumitate altera vtilitatis pars

eſt:atqꝫ ita diffinitur:vt ibidem Cicero ait potentia eſt ad ſuū cōſeruanda et alterius obtinenda idonearum rerum facultas.

¶Philoſophus qui vt ait.M.antonius apud Ciceronem lib.j.de oratore:de ſua vita ac ſapientia vnus omnia profitetur.hec tamē deſcriptio eſt vt is qui ſtudeat oīm rerum diuinarum:atqꝫ humanarum vim naturam cauſamqꝫ poſſe: et omnez bene viuendi rationem tenere et proſequi hoc nomine appellatur.

¶Philoſophi docēt bene viuere ⁊ artē viuēdi ꝓfitenť.Oratores aūt poti⁹ bñ dicūt

¶Lactātius lib.j.diuinarū inſtitutionū.Idcirco apud grecos maiore gloria philoſophi qꝫ oratores fuerūt illi enim recte viuendi doctores ſunt eſtimati qđ eſt longe preſtabilius:quoniā bene dicere ad paucos pertinet:bene autem viuere ad omnes.

¶Philoſophi Cice.teſtante in primo rhetoricorum libro proprium eſt queſtionem tractare eam videlicet que controuerſiam habet ſine perſonarum certarum interminatione vt que ſit forma mundi:que ſolis magnitudo:quā partē ipſam in dicendo poſitam neſcire hermagoras etiam oratori tribueret.

¶Oratoris eſt autem cauſam agere:qđ eſt rem que in ſe habeat controuerſiam ī diſcendo poſitam cum certarum perſonarum interpoſitione:que tripartita eſt ⁊ demōſtratiua:deliberatiua iudicialis primum ab Ariſtotele appellata.

¶Philoſophi et poete quo differant:patefecit Lactantius Firmianus quū hec dicit libro diuinarum inſtitutionum.primo hactenus de poetis ad philoſophos veniamus quorum grauior eſt autoritas:certiuſqꝫ iudicium:quia non rebus commētitijs:ſed inueſtigande veritati ſtuduiſſe creduntur.

¶Parce fata appellat Vergi.in.j.eneid.Sic voluere parcas.Lactā.lib.j.diuinarum inſtitutionum:illud quale eſt:eſſe fata quibus.dij oēs et ipſe Juppiter pareat. Sic parcarum tanta vis eſt vt plus poſſint qꝫ celeſtes vniuerſi.

¶Pecuniam exponit eleganter Aurelius Auguſti.in lib.de diſciplina chriſtiana inquiens.Totum quicquid homines poſſident in terra omnia quorum domini ſunt: pecunia vocatur.Seruus ſic vas:ager:arbor:pecus : quicquid horum eſt pecunia dicitur.Et ideo pecunia:quia antiqui totum quod habebant: in pecoribus ponebant.A pecore pecunia vocatur.Legimus antiquos patres dices fuiſſe paſtores.

¶Peccare quo pacto intelligi oporteat declarat Auguſtinus lib.de adulterinis cōiugijs.Intelligendū ex conſuetudine ſermonis abſurdum quo ita late ptz:vt etiaz iumenta qꝫuis ſint rationis expertia:tñ plerūqꝫ dicamus dz vapulare quū peccāt.

¶Peccare autem proprie nō eſt niſi eius qui vtitur rationali voluntatis arbitrio: quod in omnibus mortalibus animantibus non niſi homini eſt diuinitus attributum.Sed aliud eſt:cum proprie loquimur aliud cum verba ex alijs rebus transferēdo vel abutendo vocamus.

¶Proſperum atqꝫ aſperū videnť contraria autoritate Cice.in primo de finib⁹ bonoꝝ et maloꝝ.Sic infantes pueri:mute etiaz beſtie pene loquūtur magiſtra ac duce natura.nihil eſſe proſperum niſi voluptate nihil aſperum niſi dolore.

¶Religio dei cultura Nonius marcellus diuinarū rerū ſcientia a philoſophis et maioribus appellata.Plutarchus in Pauli Emulij vita. Cice.ſm Au.ge.in oratiōe de accuſatore conſtituendo.Religioſa delubra maieſtatiſqꝫ venerationiſqꝫ plena.

¶Religioſum qđ propter ſanctitatem aliquā remotū ac ſepoſitū eſt a nobis.Maſſurius Sabinus a relinquendo dictū.Seruius Sulpitius ꝓpter ſanctitatem aliquā a religando.Religioſi qui facienda et vitanda diſcernunt.Feſtus Pompeius.

¶Religio a naturali iure eſt. Cice.autoritate lib.ij.Rhetoricoꝝ vbi ⁊ eā ſic diffinit religio eſt q̄ ſuperiores cuiuſdā nature quā diuinā vocant curā acrimoniāqꝫ affert.

¶Reprehendere ac maledicere quomodo differāt.Ciceronis verbis declarať in primo de fini.bono.⁊ ma.lib.Differentiū inter ſe reprehenſiones nō ſunt vituperāde: maledicta vero contumelie:tū iracūdie:concertationeſqꝫ in diſputando pertinaces indigne:philoſophia mihi videri ſolēt.Ac paulopoſt.Neqꝫ diſputari ſine reprehenſione nec cum iracundia ac pertinacia recte diſputari poteſt.

¶Subſellia pro iudicijs tanqꝫ locus pro exercitatione eius quod in loco fieri ſolet.

Cicero.j.de oratore. Age vero ne ſemper forum ſubſellia roſtra curiamqȝ meditere.
Et iterum. Qualis eſſe poſſet is. qui ſubſellia neqȝ quicqȝ amplius afferret q̄ quod
cauſarum neceſſitas poſtularet.

¶Sapientia ſm epycurum Cicerone teſte in primo de finibus bonorum et maloꝝ
lib. ars viuendi putanda eſt. Eſt enim vna que meſticiam pellat ex animis que nos
exhorreſcere metu non ſinat: que preceptrice in tranquillitatem viui poteſt omniū
cupiditatum ardore reſtincto.

¶Senſus iuxta epicuri ſniam: vt eſt apud Ciceronem intelligere in primo de fini-
bus bonorum et malorum incorrupti ſunt atqȝ integri teſtes.

¶Sibylle decem fuere teſtante Lactantio libro primo diuinarum inſtitutionū. Pri
ma perſica. Secūda lybica. Tertia Cumea. Quarta delphica. Quinta erithrea. Se
xta ſamia. Septima cumana nomine Amalthea. Octaua helleſpōtica. Nona. phri-
gia. Decima tyburtyna nomine albunea.

Sibylle vt oſtendit Lactantius lib. diuina. inſti. i. oēs femine veteres ſunt a veteri-
bus nuncupate. vel ab vnius Delphidis nomine: vel a conſilijs deoꝝ enūciandis.
Sios enī deos non theous ⁊ conſilium: non Boulon ſed bouliam appellabant. Eo-
lico genere ſermonis. Itaqȝ ſibyllam dictam eſſe quaſi theoubolem.

¶Solidum qua ratione et perfectum dicetur oſtendit Lactantius diuinarum inſti
tutionum lib. j. ad ſolidum inquit exiſtimandum eſt: cui nihil decedere id perfectuȝ
cui nihil poſſit accedere.

¶Sortiri ⁊ eligere quomodo diſtent oſtēdit Plinius in prefatione naturalis hyſto
rie dicens. Plurimum refert ſortiatur aliquis iudicem an eligat. Multumqȝ appara
tus intereſt apud inuitatum hoſpitem ⁊ oblatum.

¶Seueritatis propriū videt̃ eſſe que peccata ſunt vindicare. Et charitati quō oppo
natur aperit Auguſtinus in epiſtola ad virgines dicens. Sicut apparata ſeueritas
peccata que inuenerit vindicare ita non vult charitas qđ indicet inuenire.

¶Tēperātia vt etiā Epycuro videtur Cic. teſte in lib. j. de fini. bono. ⁊ malo. eſt que
rebus aut expetendis aut fugiendis ratione: vt ratione ſequatur monet.

¶Temperātia queadmoduȝ finit magnus orator lib. ij. rhetoricoꝝ. eſt rationis in
libidinē atqȝ in alios non rectos impetus animi firma ⁊ moderata dominatio: que
et inter principales virtutes conſtituitur. ⁊ partes habet. Conuenientiam clemen-
tiam modeſtiam. Eadem ⁊ libro tertio rhetoricorum ad herennium appellatur mo-
deſtia qua diffinitur in animo continens moderatio cupiditatum.

¶Uindicare: liberare. Cice. in lib. de finibus bonorum ⁊ malorum. Sapiētiam eſſe
ſolam que nos a libidinum impetu: ⁊ a formidinum terrore vindicet.

¶Uoluptas ſm epycurum dicitur id omne quo gaudemus: vt omne quo offendi-
mur dolore ac doloris omnis priuatio recte nominata eſt voluptas: vt oſtendit Ci
cero. primo de finibus bonorum et malorum.

¶Uoluptatem duplicem conſtituebat Epycurus Cicerone teſtante in primo de fi-
nibus bonorum et malorum non hanc ſequimur ſolam que ſuauitate aliqua natu-
ra ipſamet: ⁊ cum iocūditate quadam percipitur ſenſibus: ſed maximam illam vo-
luptatem habemus que percipitur omni dolore detracto.

¶Uoluptas ⁊ dolor opponuntur: ac Cice. teſtante in. j. de fini. bono. ⁊ malo. Non
placuit epycuro medium eſſe quidnā eſſet inter dolorem ⁊ voluptatem. Illud ei ipm
qđ quibuſdam medium videtur cū omni dolore careret: non modo voluptatem eſſe
verūetiam ſummam voluptatem. Plato in phedone.

¶Uoluptas ⁊ dolor cū ſimul in hoie adeſſe nolint: ſi qs alterū tñ capiat ſemper fer
me: vt alterū quoqȝ accipiat: neceſſe eſt quaſi ex codē capite ambo conexa atqȝ arbi
tror inquit ſi hec cogitaſſet. ⁊ Eſopus eū facturū fuiſſe. qñ cū deus inter ſe repugnā
tia recōciliare vellet. neqȝ id facere poſſet: coniunxiſſet in vnū eorum apices eaqȝ de
cauſa fieri vt quicūqȝ alterū abſit: eundem poſtea ſequatur ⁊ alterum.

¶Uirtus partes habet quatuor: vt oſtēdit Cic. lib. ij. rhetoricorū. Prudentiam iuſti
ciam fortitudinem temperātiam.

¶Utilitatis vt ibidem Cice. ait: due partes videntur eſſe incolumitas & potentia.
¶Umbras res. Cice. in .j. de fini. bono. & malo. q̄ſi epycuri contra ſtoicos refertur ſententia: illi enim negant bonum quicq̄: niſi neſcio quā illā vmbram quod appellant honeſtum non tam ſolido q̄ ſplendido nomine.

¶Finis florum.

¶Uerſiculi Aſcenſiani in .xxx. precepta elegātiarum Franciſci Nigri.

¶Uerbum finis amat ceu chriſtum iuſtus honorat. ¶Preceptum j
Idem inſigne petit generale ve nomen: vt omne. ij
¶Uenuſte ponimus obliquum in principio ſuppoſitum in medio & verbum in fine: vt verbum finis amat. Idem ſcilicet finis petit inſigne nomē: vt que dicis ſunt egregia & generale: id eſt vniuerſale.
Mobile vult fixo preponi: ceu bona virgo.
Vultq̄ interponi quicq̄: vt bona virginis ora. iij
¶Relatiuum. ſ. interponi. Rectius q̄ vir qui bene viuit eſt bonus. iiij
Qui tamen hoc refugit: bonus eſt vir & bene viuit
¶J latinum. i. ei quo deberet eſſe antecedens in genere numero & caſu. v
Qui vult preponi referendoq̄ aſſimilari.
¶Sic dictum eſt cecidere manu quas legeras herbas ab Ouidio. vi
Qui quoq̄ preponi ſic vult vice prepoſiture.
¶Pro virtute tua facis hoc: dic que tua virtus. vij
Uerbaq̄ cum mutant referens pulchre atq̄ relatum.
¶Relatiuū & āns interdū venuſte ꝯmutāt verba: vt qđ fiat relatiui interpoſiti fiat āntis & qđ erat āntis fiat relatiui poſtpoſiti. vt Cice. q̄ fuit eloquētiſſimus vicit ceteros oratores: dic Cice. fuit eloquentiſſimus qui ceteros oratores vicit. viij
Auget dicta quidem preclaro predita fine.
¶Dictio quidem augens quod prius dictum eſt pulchre ponitur in fine cum elegantí particula: vt que iuſſeris obibo omnia & quidem libenter &c. ix
Nuda ſtilus medius prefert: ornataq̄ ſummus.
¶Stilus mediocris auſpicabitur a nudis verbis, vt Pōpeius olim romanoꝝ tum armis tū ꝯſilio facile princeps fuit. Sublimis aūt ſtilus ab ornatis. Ut olm romanorum: tum armis: tum cōſilio facile princeps magnus Pompeius fuit. x
Hectori patrius profertur vti iouis ignis
Sepe gerundiuis ſermone ornabo locandis. xi
Nobilium ritu niſi iuncta relatio ſubſit. xij
¶Pro gerundijs caſum verbi ſui regentibus venuſte vtemur gerundiuis nobis cōſtructione more adiectiuorū cum caſu verbi. Ut ornabo ſermonem locādo gerūdiua: venuſtius dicā gerūdiuis locādis: & tui amādi q̄ te amandi gratia. Niſi tamē inquit valla relatiuū interponat: qꝛ tunc ſolis gerūdijs locus eſt: vt feciſti poteſtatem dicendi omnia que vellem: non dicendorum omnium &c.
Que potius fixo iungatur poſteriori.
Preſertim proprio velut vrbs quod dicitur agros.
Perq̄ & per primo: longe multoq̄ ſecundo.
Et gradui ſummo cuiq̄ pro valde iugabo. ſ. proprium ſociabo. xiij
Romana grecis vox fiat & ex peregrinis. xiiij
¶Ex gtō in os vel actō in a nominis greci interdū fiet ntūs latinus in us ſcđe vel in a prime: & ex voce barbara vox latina: vt ex huius delphinos hic delphin⁹: & hāc caſſida: hec caſſida: ex ntō abraham nominatiuo habramus &c. xv
In dandi caſu mutetur mobile fixo.
Eſt interpoſitio tibi res eſt vtilitati. xvi
Tum vel. Et in rebus paribus merito geminamus.
Que minor eſt ſibi cum preponit: tumq̄ ſequenti. xvij
Magne virtutis dicetur recte poeta.
xviij

Quot quoqȝ grāmaticū eſt magn⁹ virtute probatur
Hiſtoricus magna virtute orator habet.
Infinitiui vim tradens participanti. xix
Inuētā cura virtutē vbi facto op⁹ extet.
Dū parit neutrū ſeu fixū vult genitiuū. xx
¶Sepe parū lucri multū ſudoris hēbit.
Mobile qđ pariter ſubiecti proprietati. xx
Debetur duplici tū vult aut ⁊ geminari xxi
Pro fixo ⁊ patrio geminet ꝯiunctio fixa. xxij
¶Sic moles ⁊ mōtes ꝑ molē mōtiū hēm⁹
Sepe ſupina ꝑ a ſupplēdo gerūdia ꝑ dū. xxiij
¶Terribile eſt factu pro terribile ad faciendum.
Uox dure ſonitans voces petit equiparantes. xxiiij
Gloria: laus vitium: ſcel⁹ addētur genitiuis. xxv
Egregie ſiquidem laudabis ſiue notabis. xxvj
Utraqȝ ſi i numero preeūte vel altera vox eſt
Mobile vel verbum quadrabit⁹ proximiori.
Sint in plurali ſint ambe nobiliori.
¶Pro patre ſit nat⁹: ſi molius hic ſonat illo. xxvij
Quarti verba modi pro ꝟbis dixero primi. xxviij
Teqȝ modo quito demptis ꝙ ⁊ vt decet vti. xxix.
Sepe negās aliquid ꝯtrariū adauxeris eius xxx
¶Non mediocris erit mihi ſumma peritia dicta.

¶Finis.

¶Uite ſylua per Antonium Mancinellum.

¶Que mihi terra parens: qui me genuere parētes.
Cognomen fuerit qua ratione datum.
Que mihi iūcta thoro: quibus ⁊ comitatus aluminis
Hinc ſtudia: hinc mores calliopea refert.
Uolſcox inſignis magna ⁊ populoſa volitre:
Eſt vrbs: in latio rura vetuſta tenens.
Colle ſita eſt humili clypei cui forma rotundi
Porta duplex: iuſſit his pia templa decem.
Sunt putei celeſtis aque: puteiqȝ fluentis
Circunſtant ſeptem moenia fonticuli.
Sunt platee pulchreqȝ dom⁹ ſunt ſtrata viax
Eſt in conſpectu mons mare ſaltus ager.
Eſt pontina palus. Circij: Auſturia turris.
Moenia nūctumne fluctibus huda maris.
Non procul inde Antū fortune regia quōdā.
Ardea nō longe eſt vrbs Lanuuina prope.
Sermoneta iugo Morbe. Cora maxia turris.
Preneſte a tergo montibus impoſitum.
Diſtat ab vrbe quidem viginti milia paſſuū:
Triginta circes ſedibus vrbe iugis.
Sūt fontes agro paſſim: ſunt arrua: gregeſqȝ
Uineta: arbuſtum: paſcua: rura: nemus.
Hinc alimēta ignis volucrū gen⁹ omne ferax
Hinc quoqȝ fulu⁹ aper: caprea: ceruа: lep⁹.
Sitecula vina quibus gnoſi mitiſſima cedunt:
Gargara vix ſegetes tot libyeve ferunt.

Quod mare tyrheno piſces capiuntur:ad vrbem.
Hac pergunt: hinc eſt copia magna viris.
Non deſunt lacuum piſces.non fluminis vlli
Sub ditione licet.flumina nulla lacus.
Auguſti patriam priſci dixere latini.
Ceſaris imperium cui tribuere poli.
Ante diu ꝙ natus erat nam fulmine tacta
Parte vrbis vates conſuluere pios.
Reſponſum quandoqꝫ fore:vt rerum potiretur:
Cuius in auguſto ſors ita vera fuit.
Hec eadem conferta viris quibus oppida nulla
Clara magis ſeu lex ſeu medicina placet.
Aſtrorum celiqꝫ vias rerum ve tenere.
Cauſas celicolum numina noſſe deum.
Pontifici ſummo tantum ſubiecta potitur.
Jure ſuo ⁊ quicquid prouenit ex aliquo.
Liberior nulla eſt ſacre ditionis alumna
Hac vbi parturiens Angela te genuit.
Nomina digna ſuo virguncula iuncta ioanni.
Caſta quidem mitis fida venuſta pudens.
Octo ⁊ viginti nondum poſſederat annos
Jdibus auguſti dormijt alta petens.
Quinqꝫ tamen genitis mulier prius edita partu.
Hinc tu poſt alius nomen aui referens.
Hinc bernardinus.nata hinc cognomine prime
Jnfantes pereunt tres:duo recta colunt.
Bis duo poſt menſes iacoba eſt tradita patri.
Angela nata tibi nomina matris habens.
Corpore non alto fuerat pater inclytus acri
Jngenio.ꝗuis grammata nulla ſibi.
Sepe magiſtratum geſſit nam ſepe mouemur
Electus ſepe miſſus ad ora ducum.
Judeos pepulit Ciuis ob fenore preſſos.
Conſtituit nomen qui pietatis ineſt.
Lege tamen poſita fieret ne fenus ab vllo
Amplius a pena eſt omnibus inde data.
Tentauit quandoqꝫ tamen gens impia rurſus:
Allicere ſpreta religiones canes:
Conſilium petijt genitor furibundus ⁊ acer
Tum minitans clamat crimen onuſqꝫ fore.
Pro ſuperos.Aurum tanti eſt:vt iura fidemqꝫ
Diſſoluat contra faſqꝫ piumqꝫ ſimul.
Hebreus ſed enim rome corruperat omnes:
Vix tamen egreſſus fulmine tactus obit.
Tum patrem dixere pium miracula cuncti
Dixerunt precibus talia facta patris.
Ex illo nemo eſt auſus tentare nefanda:
Et magis atqꝫ magis mons pietatis habet.
Poſt vbi luſtra decem genitori parca peregit.
Deſtitit:heu pietas quid iuuat eſſe pium.
Jmpia fata viro mortem tribuere nephandam.
Et ſi cultor erat maximus ille deum.
Jmpia fata nimis ſubdita precordia labe

Precellerunt:cecidi lingua animuſq; ſimul.
Indoluere omnes orbati ciue benigno
Non aliter q̄ ſi patria rapta foret.
Tu tamen ante alios luctu miſerandus ⁊ alter.
Quo tibi reſtiterat gratius orbe nihil.
Lugebas merito charo genitore perempto.
Cui fueras vita charior ipſe ſua.
Nam te dilexit pluſq̄ pater vllus amarit.
Hinc labor omnis ei non labor vllus erat.
Nec bernardinum cura leuiore colebat:
A quo vt ledeo caſtor amatus eras.
Dum paſſa eſt atropos ſeuiſſima:dumq; sorores:
Dum licuit celo ſyderibuſq; frui.
Quinq; etenim lucris exacti temporis vſus
Poſt obitum nono menſa parentis obit.
Infelix nimium rome ſine fratre peremptus.
Dum vacat iuuentis Delphice Appollo tuis.
Acceſſit cumulus fraterna morte parentis.
Lactuce:acceſſit luctus ⁊ vſq; dolor.
Hic opus arte fuit ne te quoq; portitor acri
Merore affectum ferreus acciperet.
Profuit interdum ſapientum viſere libros.
Profuit ⁊ ſumno lumina meſta dare.
Iam tibi cognomen dederit que cauſa docebo.
Cum dederit primis ante palumbus:auis.
Dum ſtephanus puer eſſet.Auus .Leuoq; lacerta
Fortior accepit quod tibi nomen ineſt.
Tu dexter.Natiq; tui.fraterq;.paterq;
Sed Mancinellus dicere ſicut Auus.
Angela iuncta tibi iuniperus octo kalendas:
Atq; decem.Nono menſe peregit opus.
Prophirium genuit.quinquennem peſtis ademit.
Martha ſecunda fuit peſte perempta ſimul.
Pyndarus.⁊ Quintus.Feſtus quoq; te comitantur.
Priſca.Aquilinus item.vel Titus aſtra tenent.
Ordine cuncta modo referam quecunq; ſuperſunt.
Ut ſtudium:vt mores que tibi parca dedit
Grammatice puerum docti docuere latini
Cura tui fuerat maxima namq; patris.
Qui rector cuſtoſq; pius Uenu ſinus vt olim
Expulit omne nefas:contulit omne decus.
Conſilio cuius ciuilia iura petiſti
Ad logicam vertit poſt medicina virum
At quoniam data ſunt mortalibus omnia celo
Pieridas voluit reddere virgo tibi.
Preteritis igitur ſeptem ter meſſibus eui:
In patria doctor publicus eligeris.
Uerborum regimen.Uariatio lpica figure
Theſaurus flores:hic vigilata prius.
Gymnaſium poſt Roma dedit.commenta Maronis.
Tunc ſatyri hinc flacci:vel ſilogumq; paris.
Pomponij hortatu venetas deductus ad auras
Laurentij limam ſcribis:et inde modum.

Somnia quis maior declaras Scipio viſus.
Rhetoricemqꝫ ſimul vel Ciceronis opus.
Segnis ad idaliam cauiſti furta marite.
Cauiſti quicquid turpius eſſe poteſt.
Non auidus: rerum niſi quas natura requirit
Nemo tibi captus fraude doliſue fuit.
Nil preter rectum placet et laudabile quicquid
Turpe fugis: toleras qualiacũqꝫ libens.
Hinc placidus: mitis: verecundus: religioni
Deditus. hinc optas religione frui.
Mentiris raro negligis conuicia magnus
Irato cedunt ira furorqꝫ grauis.
Munere nam diuum patiens tolerare paratus
Quicquid in orbe tibi fata dedere mali.
Somni quã minimi curarũ mole repreſſus
Nam tibi ni doceas victus adeſſe nequit.
Sepe neceſſarijs caruiſti. Celius olim
Paſſus idem: nec nunc aureus vnus adeſt.
Poſt obitum viuens aqua vel cibus optima forma
Sacrorum cultus ſomnia grata ferunt.
At venus econtra nummi vel monachꝰ ignis.
Auſpicium cornix ille vel eſto malum.
Corpore non tenui nec pleno longus haberis
Nigro octoginta lumine pollicibus.
Cuiqꝫ nihil doleas ſincero corpore toto
Iam decies annos quatuor inde tenes
Mille et quingẽti fiant nunc octo remotis
A puero cycli: quem pia virgo parit.
Sextus Alexander cleri iam paſtor haberet:
Poſt tamen Eugeni tempora lumen adis.
Hactenus iſta ſatis: verum ſi plura superſint
Adijciam poſt hec omnia: iamqꝫ Vale.

¶FINIS.

¶Viri eloquentis Auguſtini Dathi Se-
neñ. elegantiarum liber feliciter finitur.
Impreſſus Lugduni per Jacobũ Myt.
Anno domini. M.cccccviij. die vo.xxv.
menſis Februarij.

¶Regeſtum.

A B C D E F G H I K L M N O.
Omnes ſunt quaterni.

A01·1467575

XXXVII
C
11

B
X